

03227

Magz. Nagrynek 03227

PRACE WROCLAWSKIEGO TOWARZYSTWA NAUKOWEGO
TRAVAUX DE LA SOCIÉTÉ DES SCIENCES ET DES LETTRES DE WROCLAW
SERIA A. Nr 1

1

HERMOGENES

DE STATIBUS

EDIDIT


GEORGIUS KOWALSKI



WRATISLAVIAE 1947

SUMPTIBUS SOCIETATIS SCIENTIARUM WRATISLAVIENSIS
AUXILIIS PRAESIDIJ MINISTRORUM ET MINISTERII INSTRUCTIONIS PUBLICAE

APUD BIBLIOPOLAM J. LACH, KUŹNICZA 36



HERMOGENIS DE STATIBUS

PRACE WROCŁAWSKIEGO TOWARZYSTWA NAUKOWEGO
TRAVAUX DE LA SOCIÉTÉ DES SCIENCES ET DES LETTRES DE WROCŁAW
SERIA A. Nr 1

HERMOGENES

DE STATIBUS

EDIDIT
GEORGIUS KOWALSKI



WRATISLAVIAE 1947

SUMPTIBUS SOCIETATIS SCIENTIARUM WRATISLAVIENSIS
AUXILIIS PRÆSIDII MINISTRORUM ET MINISTERII INSTRUCTIONIS PUBLICÆ

APUD BIBLIOPOLAM J. LACH, KUŹNICZA 30

K 187/42



EX OFFICINA UNIVERSITATIS ET POLYTECHNICAE WRATISLAVIENSIS
WROCLAW, OGRODOWA 19

F. 3581

...Luctuosissima illius matutini imago orti die quarto mensis Iulii anni MCMXLI animo obversatur. Quo die Scholarum Academicarum Leopoliensium res in illa urbe actae sunt publicae. Quae res cum eis quae hic hodie aguntur, arctissimo cohaerent vinculo. Illo quidem die non in aula academica, sed in arenis collis Wólka, neque magistratum et civium Polonorum, sed magistratum et legatorum Germaniae in conspectu res gerebatur. Himmler enim ludos tot virorum doctorum caedibus cruentos praebuit, Otto Krüger tum GESTAPO-militum apud nos tribunus, post ducentorum quinquaginta in oppido Stanisławów scholae magistrorum medicorum artis technicae prudentium carnifex, egit. Quamvis horror strage infanda incussus recesserit remotiorque factus sit, inexorabili recordatione repetamus atque ante oculos proponamus oportet in genua procumbentes ruentesque in fossam:

(Consurgitur)

ultimum Universitatis Ioanneae Casimirianae Leopoliensis Rectorem Magnificum ROMANUM LONGCHAMPS de BERRIER cum FILIIS TRIBUS adolescentulis, Universitatis olim Rectorem Medicinae Iudicialis professorem VLADIMIRUM SIERADZKI,

Ordinis Medicorum Decanum Chirurgiae professorem THADDAEUM OSTROWSKI cum UXORE,

sacerdotem STEPHANUM KOMARNICKI, Anglam feminam nunc ignoti nominis, sermonis eius perpoliendi causa domicilio susceptam, Medicinae doctorem STANISLAUM RUFF cum UXORE et FILIO, hos omnes quinque domo professoris Ostrowski una cum hospitibus raptos,

Ordinis Medicorum olim Decanum Pathologiae et Morborum Internorum professorem ROMANUM RENCKI,

eiusdem Ordinis olim Decanum Anatomiae Pathologicae professorem VITOLDUM NOWICKI cum FILIO,

octogenarium Gynaecologiae professorem ADAMUM SOŁOWIJ eiusque nepotem adolescentulum MIĘSOWICZ,

Chirurgiae professorem HENRICUM HILAROWICZ,

Stomatologiae professorem ANTONIUM CIESZYŃSKI,

Pathologiae et Morborum Internorum Therapiae professorem IOANNEM GREK cum UXORE,

scriptorem admirabilem, Litterarum Francogallicarum olim in Universitate Poniensi, tum Leopoliensi professorem, e domo sororis viri professoris Grek una cum hospitibus raptum THADDAEUM BOY-ŻELEŃSKI,

Gynaecologiae professorem STANISLAUM MAĆZEWSKI,

Chirurgiae docentem LADISLAUM DOBRZANIECKI,

Ophthalmologiae Docentem GEORGIUM GRZĘDZIELSKI,

OCTOGINTA Medicinae in Universitate Ioannea Casimiriana STUDIOSOS,

Geometriae Descriptivae in Polytechnica Leopoliensi professorem et Ministrorum Rei Publicae olim Praesidem CASIMIRUM BARTEL,

Polytechnicae Leopoliensis olim Rectorem Geodaesiae professorem GASPARUM WEIGEL cum FILIO,

eiusdem Polytechnicae olim Rectorem Artis Electricam Vim Metiendi professorem VLADIMIRUM KRUKOWSKI,

Technologiae Petrolei in Polytechnica Leopoliensi professorem STANISLAUM PILAT,

Mathematicae in Polytechnica Leopoliensi professorem ANTONIUM ŁOMNICKI,

Mathematicae in Polytechnica Leopoliensi professorem VLADIMIRUM STOŻEK cum FILIIS DUOBUS paene puerulis,

Mechanicae Generalis in Polytechnica Leopoliensi professorem CASIMIRUM VETULANI,

Artis Machinas Metiendi in Polytechnica Leopoliensi professorem ROMANUM WITKIEWICZ,

Epizootiologiae in Academia Veterinaria Docentem EDUARDUM HAMERSKI, Superioris Scholae Commercii Externi Rectorem Mathematicae in Universitate Ioannea Casimiriana professorem STANISLAUM RUZIEWICZ,

eiusdem Scholae olim Rectorem Oeconomiae professorem HENRICUM KOWICZ.

(Considitur)

Quae unius diei messis fuit. CXX nomina, inter quae XXIV professorum, mortiferis missilibus ab Ottone Krügero inscripta illataque sunt legi mancipii, qua nostra in huius Universitatis praecinctis praesentia redempta est. Simul ea lege nititur responsum eis dandum qui quaerant cur in hac aula academica a Germanis erecta nos sine eorum professoribus praesentes itidem nullum in iuventutis nostrae coetu Ottonis Krügeri successorem futurum censerit passi simus...

Attuli conversa ex oratione habita a Stanislawo Kulczyński, Universitatis Ioanneae Casimirianae olim Rectore, Universitatis Wratislaviensis h. t. Rectore Magnifico in aula Universitatis, anni academici MCMXLV/VI inaugurandi die festo IX Iunii MCMXLVI.

XXIV PROFESSORUM ET DOCENTIUM

UNIVERSITATIS POLYTECHNICAE ACADEMIAE VETERINARIAE
SUPERIORIS SCHOLAE COMMERCII EXTERNI
LEOPOLIENSIIUM

CUM XCV FILIIS UXORIBUS FAMILIARIBUS IUVENIBUS STUDIOIS

DIE IV IULII MCMXLI
LEOPOLI IN ARENIS WÓLKA

AB OTTONE KRÜGERO
GESTAPO-MILITUM TRIBUNO
ΑΝΑΡΙΘΜΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΧΑΛΑΖΑΕΝΤΙ ΦΩΝΩΙ
CONSPERSO

CAESORUM

PIIS MANIBUS

HOC VOLUMEN
WRATISLAVIAE UNDE GERMANI
ΥΠΕΡΦΙΑΛΟΥ ΑΓΕΜΟΝΟΣ ΤΕΙΣΑΝΤΕΣ ΥΒΡΙΝ
POST SAECULA CESSERUNT
EDITUM

S A C R U M

ESSE VOLUI

ΣΕΜΝΑΙ ΤΕ ΘΕΩΝ ΠΑΙΔΕΣ ΕΡΙΝΤΕΣ
ΑΙ ΤΟΥΣ ΔΔΙΚΩΣ ΘΝΗΣΚΟΝΤΑΣ ΟΡΑΘ'...
ΕΛΘΕΤ' ΑΡΗΞΑΤΕ ΤΕΙΣΑΣΘΕ...
ΦΟΝΟΝ

ΕΙ ΔΕ ΜΗ ΠΑΛΙΝ
ΔΩΣΟΥΣ' ΑΝΤΙΦΟΝΟΥΣ ΔΙΚΑΣ
ΕΡΡΟΙ Τ' ΑΝ ΑΙΔΩΣ
ΑΠΑΝΤΩΝ Τ' ΕΥΣΕΒΕΙΑ ΘΝΑΤΩΝ

ΜΗΔΕ ΠΟΤ' ΑΓΛΑΙΑΣ ΑΠΟΝΑΙΑΤΟ
ΤΟΙΑΔ' ΑΝΥΣΑΝΤΕΣ ΕΡΓΑ

I. De interpretum textu Hermogeneo

Varietatem lectionum in textu *statuum* exstitisse iam ante trium interpretum¹ aetatem eo primum proditur quod 1. illos non raro ea usos esse, tum quod 2. multo saepius inter se in textu *statuum* referendo differreprehendimus.

1. Simul utriusque memoriae adhibuisse exempla aut usos esse exemplo varia lectione instructo Syrianum et Sopatrum efficitur ex eo quod uterque interpretes allata Ph memoriae lectione statim subiungit Py memoriae lectionem: 82, 11 R. εἰς Syr. 2, 194, 2 R. Ph **V** Vδk; ἐπὶ Syr. 2, 194, 3 R. Py PgLa **P**; 43, 18 R. ἔχοι Sop. 5, 118, 21. Ph **V** PgLa Va **P**; ἔχῃ Sop. 5, 118, 25. 28 W. Pγ Py Vδ. Eiusdem notae est 47, 13 R. ἐγγωρεῖ, quam lectionem Syr. et Sop. 4, 362, 30-1 et Anonymus 7, 287, 7. 14-5 W. cum codicum Po solo, qui supra ἐγγωροίη scriptum exhibet, communem habent. At genuinam iidem Syr. et Sop. tradunt 4,

¹) *Rhetores Graeci*, v. 4 Walz. Codicum Hermogeneorum sigla ea sunt quae Rabe in ed. Hermog. Teubn. 1913 Praef. XV—XIX proposuit. Quae hic de codicum nexibus disseruntur, singulorum codicum examine nituntur quod in praefatione pp V—LII meae *Commentarii Codicis Vaticani Gr. 107 in Hermogenis περὶ στάσεων et περὶ ἐβρέσεως cum scholiis minoribus in omnia praeter Praeexercitamenta opera*, Leopoli 1939 LII — 159 c. tab. phototyp., Actis Seminarii Philologici II Universitatis Ioanne-Casimirianae Leopoliensis curante Georgio Kowalski, fasc. 5—7 insertae editionis peregi. Praeterea respiciendae sunt quattuor disputationes criticae quae in Commentariis Soc. Philol. Polon. EOS prodierunt:

1. G. Kowalski, *Ad Georgii Moni in Hermogenis status commentarii capita scholiis P adiecta adnotationes criticae*, EOS XL 1939 fasc. I, 1 pp 49—69.

2. M. Próchnicka, *De Anonymi in Hermogenis scriptum περὶ ἰδεῶν commentarii recensione in codice Par. Gr. 2983 (Pg) conservata*, ibid. pp 85—121.

3. G. Kowalski, *De commentarii in Hermogenis status e tribus interpretibus confecti (Rh. Gr. IV Walz) recensione in codice Par. Gr. 2923 (Py) obvia*, EOS XLI 1940—1946 fasc. 1 pp 46—80.

4. L. Rychlewska, *In Anonymum Hermogenis statuum interpretem (Rh. Gr. VII 397—442 W.) cum Nilo (Par. Gr. Suppl. 670 ff 36 v — 65 r) collatum observationes criticae*, ibid. pp 173—184.

In adnotatione critica mg Vδ signatur propterea quod inde ab initio *statuum* usque ad 36, 7 R. saepius reliqua textus suppleantur m. po. in mg.

358, 9. 362, 29 W. Anon. *ibid.* (Vδ). Plan. 5, 277, 3 W. ὀριστικῶς scripsisse Hermogenem 51, 13R. probabile est e locis similibus, ubi lectio -σι- codicum fide commendatur; 51, 13 etiam Rabe hanc lectionem in textum recepit. Hic (i. e. 51, 13 R.) quidem etiam Sop. 4, 404, 31 W. eam exhibet, 26-7 autem ὀρικῶς; sed Ac PgLa Vγ (ex -σι- Vabf) codicum concentu demonstratur eius emendatae lectionis origo recentior. Anonymus Vδ supra affert ὀριστικῶς, ex adverso mg m. 4 γρ. ὀρικῶς Pa. 45, 2 R. οὐκ εἰσίν Sop. 5, 125, 20. 4, 329, 27 W.; οὐ Sop. 4, 329, 18 W. 44, 2 R. λείποντος Sop. 5, 123, 29 W., ἐλλείποντος lemma Sop. 5, 122, 26 W.

Lectionum cumulatio ap. Syr. prodit 52, 17 R. καὶ Ph, αὶ Py, καὶ αὶ Syr. 2, 91, 9 R. Vδ Anon. 7, 334, 23 W.

Tum ipsius Syriani codicum memoria ambigua est in variae lectionis delectu. 36, 7-8 R. εἰ συνεστήκει S codicis Syrianei (2, 50, 12 R.) scriba, Pa Vag; εἰ συνεστήκει V codex Syr. cum reliquis codicibus Hmg — 38, 23 R. μείζον om. Syr. 2, 139, 3—4 R. cum Ph codice; exh. Syr. 2, 139, 12 (ante εὐεργέτημα) cum Py codice.

Textus *statuum* a Sopatro 4 W. consultus differt a textu Sopatro 5 W. noto.

28, 5 R. συγγυμνασθέντα Sop. 5, 22, 11 W. Py; γυμνασθέντα Sop. 4, 51, 10 W. Ph.

32, 11 R. μὴ Sop. 4, 149, 7. Anon. 7, 149, 16 W.; p. 10 φ Sop. 5, 62, 17 W.; quae huius ed. p. 6, 5 adn. cr. ita sunt corrigenda.

40, 15 R. ἔγγραφον τῷ ἀγράφῳ lemma Sop. 5, 104, 22. Anon. 7, 679, 9 W. Vc; ἄγραφον τῷ ἐγγράφῳ Syr. 2, 198, 6 R., (τῷ ἐγγρ. τὸ ἄγρ.) Sop. 4, 838, 27-8. Plan. 5, 361, 24 W. sch. Va, Vδ.

45, 2 R. οἶ exh. Sop. 5, 125, 19 W. Anon. 7, 269, 14 (Vδ), om. Sop. 4, 329, 18. 27 W. Anon. 7, 269, 14 W.

45, 14 R. alt. καὶ om. lemma Sop. 5, 126, 18 W. cum Py codice, exh. lemma Sop. 4, 334, 1 W. cum Ph codice.

54, 19 R. τῆς om. Sop. 5, 143, 7 W., exh. Sop. 4, 434, 10 W.

73, 5 R. ἀντίθεσις Sop. 5, 178, 17 W., ἡ ἀντίθεσις Sop. 4, 671, 21 W.

76, 7 R. τὸ ζήτημα Sop. 5, 187, 19 W. Anon. 7, 594, 12 W., τὴν ζήτησιν Sop. 4, 724, 5—6 W. Anon. 7, 594, 10 W., (supra γρ. τὸ [-]μα) Pr.

Tum ipse Sop. 5 variat. 76, 11 R. Κλέων p. ἀξιοὶ Sop. 5, 187, 30, Κλέων pro οἶον ante ἀξιοὶ Sop. 5, 92, 6 W.

Simili lectionum contaminatione utitur Marcellinus.

32, 7 R. δὲ pro τε lemma Marc. 4, 146, 4 W. Ph Pfw, om. Marc. 4, 145, 4 W. sch. Ps f. 25 v.

74, 16 R. ἐπιγραφάντων m. 1 in textu Vc Pl, cf. Marc. 4, 684, 20 et Anon. 7, 580, 26-27 W. In generum usu saepius errari in codicibus

non est infitiandum (cf. 80, 18 R. ἀπαντήσῃ Ph Vδ, supra m. 1 Vc), sed neque prorsus haec negligentia est ab Hermogene ipso abiudicanda. Idem Marcellinus 4, 684, 18 ἐπιγραψαμένων in lemmate exhibet.

Multo opulentior lectionum varietas prodit in Anonymi commentario.

31, 5 R. καὶ τοῦτο p. ἐνδέχεται Anon. 7, 131, 9—10 W. Ac Vu Pkn, καὶ τοῦτο ἐνδέχεται Anon. 7, 131, 24 W. Ph Vc Ba PgLa **P**, καὶ τοῦτο om. Py Vδ. Nostrum Py exemplum difficultati cessit et dubia omisit.

32, 7 R. προειλημμένον τῇ κρίσει Anon. 7, 141, 20 W. Py Ba Ac PgLa Vb plures, τῇ κρίσει om. Anon. 7, 160, 21 W. lemma Sop. 5, 61, 2—3 W. Ph Vc, mg Vδ, **P**.

43, 18 R. ἔχοι Anon. 7, 255, 7. 12. 17 W. cum Ph codice, tum Syr. et Sop. 4 et 5; ἔχει Anon. 7, 253, 31 W. cum Py codice, tum eisdem Syr. et Sop. et Marcellino et Planuda.

59, 19 R. καταδέσθαι Anon. 7, 402, 18. 435, 10-1. 439, 10 cum Phy, **V** Vab PgLa Vγδ plerisque, cf. Syr. Marc. Nil.; ἀποδέσθαι Anon. 7, 400, 6 W. cum Pγ **P**. A Georgio demum emendata recepit in textum Rabe.

70, 5 R. ἀντιλέγων p. τις Anon. 7, 534, 2 W. cum Syriano 2, 132, 3. 136, 15-6 R., Ph Pγ Vγ Nilo **V** PgLa Vδk pluribus; τις p. ἀντιλέγων Anon. 7, 539, 14, (-λέγει) Sop. 5, 171, 19 W., cum Py codice, tum **P** codicibus.

71, 7 R. τὰ κρινόμενα Anon. 7, 542, 16 (Nil.). 543, 17 W., τὰ om. Anon. 7, 542, 16 W. Vγ Pd. Recentius *statuum* exemplum idque vitiosum (ut est ex. c. Vγ) Anonymus 7 W. respexit.

77, 7 R. Ὀλονθον Anon. 7, 601, 20 W. cum Phy Pγ **V** La Vb Vδk compluribus; Ὀλονθίους emendatius (cf. lin. 7 ἐκείνους) post Syrianum 2, 177, 20 R. Anonymus 7, 602, 7. 604, 17 W. cum **P**, reliquis. Constructionem ad sensum effectam Syrianus sustulisse videtur.

77, 17 R. δ' ἄν Anon. 7, 602, 30 W.; δέ, om. ἄν Anon. 7, 605, 6 W. 602, 30 (Vu) cum Pfw codicibus. Etiam hic adfuisse videtur Anonymo exemplum e variis interpretibus compilatum, ut est Pf(w).

88, 12 R. ἐκώλυσεν Anon. 7, 669, 14. 672, 11 W. cum Ph Vc Ba **P** codicibus; -σεν Anon. 7, 668, 23-4. 669, 17. 674, 23. 681, 9 W. cum Py Ac PgLa Vb Vδ Pfw codicibus.

88, 12 R. ἀντοπροσώπους Anon. 7, 679, 10. 681, 9—10 W. cum Phy **V** Pg codicibus; -ως Anon. 7, 668, 24 W. cum **P** La Vab Vγ Vδ plurimis, ubi manifesto recentiora sequitur.

90, 15 R. *πᾶσι* Anon. 7, 684, 3 (Nil. Pc Pb). 692, 16. 20 W., (-iv) 692, 16 (Pγ). Ph, om. Anon. 7, 684, 3 W. Vb.

91, 8 R. ὅπ' recte Anon. 7, 693, 24 W. 29 (Pγ Vγ), cf. 694, 31-2 W., cum **P** codicibus; ἐπ' Anon. 7, 693, 24 (Vγ). 29 W. (cf. *παρ'* 686, 16-7 W., ἐξ ἑκατέρου 687, 10 W.) cum Ph **V** PgLa Vb Vγ Vδk compluribus.

Nulla igitur proprio consilio Anonymus 7 W. in textu constituendo usus est, sed Phy familiae memoriam bipertitam observavit, tum recentius exemplum advocavit.

Eos qui indirecta q. v. traditione confidenter utuntur monitos volo caveant interpretum lectiones non subire vulgatae vices opinentur; e differentiis enim quae inter Syrianum R. et W., Sopatrum 5 et 4 W., Georgii codices Pγ Vγ, plures Anonymi 7 et Planudae (q. v.) codices intercedunt, efficitur etiam Hermogenis lemmata ap. eos obvia accedere ad aetatis vulgatam.

Nonnumquam vero interpretes quidem ipsi satis habuerunt Hermogenis sententiam incolumem conservatam adnotare; qua in re tamen posterioribus textus Hermogenei emendandi auctores exstiterunt.

90, 9 R. Sop. 5, 211, 27-8 W. et Anon. 7, 689, 23 W. caput absolutum hic omissum excusant, exhibent Ph Vδk Vg, add. m. po. Vc, del. m. po. Vb. Sed quaeri potest num etiam in pristina Ph memoria hoc caput exstiterit. Ubi enim Ph codici Vδk soli codices adsunt, recentius Ph exemplum odoremur oportet.

66, 17 R. Marcellinus 4, 609, 21 W. et Anonymus 7, 495, 22-3 W., ἐπι explicandum esse significatione ἐν docent; ἐν exh. **P** Va plures, m. 1 Po.

90, 9 R. Anonymus 4, 846, 27-8 W. et Georgius 7, 695, 13-14 W. omissam esse θέσιν confirmant, exh. Anonymus 7, 683, 23 (Pa) et omnes codices.

82, 5-6 R. Anonymus 4, 814, 2 W. et Anonymus 7, 637, 4-5 W. monent dicendum fuisse significantius *προβολῆ τῆ ἀπὸ ῥητοῦ* talemque lectionem (*πρ. τῆ ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ*) exh. Ac, mg Pc.

65, 11 R. Anonymus 7, 488, 16 W., Planudes 5, 317, 22 W., scholia Pt f. 60 v testantur non esse ab Hermogene mentionem contrariae finitionis factam. At haec mentio, ut etiam aliorum capitum, iniecta legitur in Phy Vb Vδk Vg Pkru codicibus. Quaestio videtur esse perardua. Quo modo enim Anonymus 7 W. putavisset contrariam finitionem esse ab Hermogene praetermissam, si haec legeret quae nunc textus Rabianus e **V P** codicibus praebet: *καὶ τοῖς ἐπ. τῷ ὄρφ μέγρι τοῦ πρὸς τι?* Cur autem recentioribus demum interpretibus ea praetermissio innotuit? Una manet explicandi via: eum praesto fuisse Anonymo 7 W. textum qualis in Phy familia legitur, i. e. cum scholio

in textum illato, excidisse autem verba 65, 11 *καί* — 12 R. *ἀνθορισμῶ*, quae unius lineae spatio contineri poterant; sequens vocabulum quod est *συλλογισμῶ* videtur scholiasta Pt legisse. Iterum atque iterum enim contendo textus Hermogenei verbis q. s. *καί* — *τι* integris nullus erat interpretum adnotationi locus, sine autem eis et sine scholio plura erant desideranda quam contraria finitio. Itaque scholion in textum infarsum atque una cum eius parte truncatum in Anonymi, scholiastae Pt, Planudae codicibus inveniebatur.

Tum accedit quod interpretes etiam exegetica ratione textui emendendo operam dederunt.

36, 11-12 R. Anon. Vd f. 136 v fin. *δεῖ δὲ προσθεῖναι τῷ ὄρφῃ ἢ ἀπὸ τῆς περὶ τὸ πρόσωπον ὑποψίας*. Quae verba in solo Ph codice non leguntur, explicantur vero a Syriano et Sopatro 4, 211, 22-3. 5, 86, 5-6 W. Anonymo 7, 180, 11 W. Planuda 5, 255, 13-4 W., exhibentur in scholiis 7, 180, adn. 15 W., in scholiis Va 12, 1-2 Kow., in lemmate Planudae 5, 255, 9 W., tum in omnibus a me inspectis codicibus.

49, 10 R. Marcellinus 4, 394, 7 W. et Anonymus 7, 307, 13-4 W. animadvertunt non esse ab Hermogene dictum *γίνεται*, sed *εἰσάγεται* (cf. 49, 20 R.). At *γίνεται* exh. Sopater 5, 134, 20 W. in lemmate et Pfwls codices; ambas lectiones cumulant scholia Pl f. 99 v. Apparet in exiguum memoriae partem esse receptam Sopatri emendationem, Marcellino duce vero restitisse Anonymum 7 W., tum reliquos i. e. fere omnes codices, inter quos etiam nostros Ph et Py.

64, 5 R. *ἀνὰ μέρος* lemma Sop. et Marc. 4, 563, 19 W., m. po. Vc, mg γρ. Pa Vh; *τι(νὲς) προστιθέασιν ἀνὰ μέρος* Py. Etiam hic Sopater scholium in suum exemplum receptum tutatus codicum suffragia non tulit.

43, 17-18 R. *πρόσωπα* — *πράγματα* legunt Syr. et Sop. 4, 306, 6; *πρόσωπον* — *πράγμα* Marc. 4, 308, 28-9 W. et Anon. 7, 253, 31 W., ita corrigendum esse numerum putant scholia Va, codices vero omnes non receperunt. Ex sua igitur sententia Marcellinus textum mutavit.

Scholia minora et variae lectiones iam ante Ph codicis aetatem in ea memoria exstiterunt.

34, 2 R. *εἶτα* lemma Sop. 5, 72, 16 W. sch. Va 9, 16 Kow. Py **V**, (supra m. p. *δεύτερον*) Vil, mg Pc Pb, supra m. po. Ld; *δεύτερον* **P** Vah Pbe plurimi; *εἶτα δεύτερον* Ph. Lectio *δεύτερον* videtur fuisse vetusta emendatio (post 33, 18 R. *πρώτον μὲν*) accuratioris magistelli. Noster Ph codex igitur collecticia e variis eius memoriae pratis pabula continet.

34, 22 R. *πανηγυρικῶς* Sop. 5, 75, 10 W. sch. Ph (*τινὰ τῶν βιβλίων γράφει παν.*), **P** Va, mg Vd; *ἐπιδεικτικῶς* Py Vc PgL a Vb aliquot recc;

πανηγυρικῶς ex ἐπιδεικτικῶς? Ba, πανηγυρικῶς καὶ ἐπιδεικτικῶς Ph. ἐπιδεικτικῶς lectio scholion videtur fuisse et iam in Ph memoriae partem irrupisse. Fortasse Ph et Py memoriarum divisio orta est e talibus scholiis ad diversae sedis (Tarsi fortasse et Antiochiae) ludos rhetoricos referendis.

41, 21 R. τῷ vulgo, τῷ τινι praemisso signo Ph, supra m. πο. τινι Po, τινι pro τῷ p. παῖδες Pfw. Scholion adiectum lectioni genuinae est.

45, 22 R. πράγματι, οἷον τί δούς inepte additum, quia hoc inter probanda non erat, et varie ab interpretibus et grammaticis collocatum, Syriano ignotum, in Py memoria autem omissum, omnino tollendum puto.

59, 2 R. αἶ pro ἤ La Vdel Pdlt, ἤ αἶ Ph Pg Vδ, καὶ pro ἤ Vi Pκ, om. Ac Vγ. Al lectio facillime quidem ex H lectione nasci et solito in Ph codice modo (cf. etiam sch. Va 107 praef. p. XII) ambae lectiones contaminari potuerunt, nisi illud sit probabilius addito ante ἔλεος substantivum articulo in PgLa vulgata, etiam ante βάσανοι esse eum recentius insertum ita ut Pg ramus eius vulgatae etiam Al conservaret, La ramus pro H poneret. Ph exempli recentior origo eo designatur quod cum Vδ interprete ad Pg ramum se adplicavit, non adhibito enim articulo ante ἔλεος substantivum non necesse habuit eum ante βάσανοι iterare. Sed enim etiam ita fieri potuit ut prior articulus recentius induceretur ad excusandum alterum ex H prognatum. Tum Ph codicis lectio vetustiore contaminationem indicaret.

70, 17 R. τιθέμενος Sop. 5, 171, 25. 29. Anón. 7, 534, 30. 540, 24 W. Py **V P**; θετοῦς ποιούμενος Ph 7, 540, 24 (Nil.). Vδk, m. 2 Ac. Scholion censeo esse in Ph memoriam illatum.

81, 17 R. ὅπου Nil. Ac, εἰ ὅπου Ph PgLa **P** Va Vγ plurimi; εἰ ὅπου m. po. ex ὅτι, supra scholion ὅτι, ἐπειδὴ Vb, mg m. ead.? γρ. Pd; εἰ[I]που Ba; εἰ[I] ὅπου Vc. Dilucidum est εἰ scholion primitus fuisse, mirum autem quantam catenam istud mendum traxerit.

90, 11 R. ἀχρεῖον iam in Ph memoria (depravatum in αἰσχροῦν) ex scholio in textum delapsus est.

54, 15 R. μὲν Ph Vc Ba, οὖν Ac Pg **P**, μὲν οὖν Py Sop. 5 Pγ Vδ.

2. Interpolationes ante universam nostram *statuum* memoriam exstiterunt.

53, 8 καὶ ἔτι — 13 R. interpolata iam ante Syriani aetatem censeo, non solum propter mentionem scripti *de inventione*, tamquam futuri, cum constet canonem scriptorum Hermogeneorum, qualis exstat, non esse sec. temporum rationem compositum, sed etiam ob molestum ἐν τούτῳ et repetitum τε ἤδη.

63, 10 R. post ἀδικεῖν add. ἵνα μὴ τὸ τῆς ὕβρεως ἀφείς ἀπολύσῃ καὶ τὸ περι τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν Phy **V**, mg **P**.

91, 5 R. interpolata post δέ quae sunt γέγονε γὰρ παρὰ τὸν τόνον ἢ ἀμφιβολία Ph Pb Vδk, mg Ac, (δὲ δημόσια· γέγονε) **P** Va Vh recc, videntur in recentius Ph memoriae exemplum irrupisse; a Py ramo et a **V** familia aliena sunt. Sed Py Ba Vc codices interpolati reperiuntur 72, 14 R. post χρήσεται (sequuntur: ἀξιῶν μὴ τὸ γεγονὸς μόνον ἐξετάζειν ἀλλὰ καὶ μεθ' ἧς γνώμης). Aliam interpolationem 73, 6 R. post ὡς (sequuntur: ὅτι τοὺς τοιοῦτους οὐ δεῖ ἐλεεῖν ἀλλὰ μᾶλλον ἀναιρεῖν καὶ) excepit sola **P** familia e recentiore Py memoriae quodam exemplo. 66, 17 R. ὃ καὶ ἀληθέστερον adnotatio in textum in Pa codice et compluribus illata etiam e Py memoriae exemplo quodam profecta est.

72, 8 πρὸς — 9 R. excidisse in exemplis vetustissimis testati sunt interpretes Sopatro 5, 177, 8-9. 13-21 W. noti. Postea sunt relata?

Tum videamus, qualis *statuum* textus interpretibus praesto fuerit.

Syrianus 4 W. ad Py, Syrianus R. ad Ph memoriam declinat. Eis locis quibus Syrianus ambo codices Phy sequitur, aut accedit Ac codex solus codicisve Ba sodalicio stipatus, eis que locis de colloca-tione verborum agitur: 28, 10 R. μέρος p. ῥητορικῆς Phy Syr. R. Sop. 4 W. Ac; 35, 2 R. διαιρέσεως p. κεφάλαια Phy Syr. R. Ba Ac PgLa Vδ; aut tota **V** codicum familia opitulatur 72, 18 R. ὀριστικόν Syr. W.

Deficiente vero **V** familia pars **P** memoriae inruit 57, 14-15 R. παῖδας τρεῖς ὡς Phy Syr. R. Va Vδk Pb vetustioris additamenti recentius patrocinio suscepto.

Ubi Py codex diversa sequitur, Syrianus alterum utrum ex aequo amplectitur neque dici potest alteri utri plus apud eum tribui; tribui dico; nam falli eum si quis fortasse putet usum esse Syrianum exemplo textus nondum in duo rivulos divisi, ostendi.

Ubi solus Ph codex accedit, bis de colloca-tione verborum agitur. 31, 9 R. ἐνταῦθα p. πρᾶγμα, ubi contra Syriani R. et Ph Pc Vc Ba codicum consensum minus valere mihi visa est Ac Pa (mg Vδ, plurium recentiorum) codicum conspiratio, qua saepius emendatrix manus indicatur; 88, 13 R. εἰσάγων p. τις Ph codicis collocatio cum Syriano R. et Vδk interprete communis non solum **V** et **P** familiis sed plerisque ignota fuisse videtur. Affectatae elegantiae vestigium 28, 12-13 R. γυνέσθω vix (praeter Ph codicem et Syrianum R.) in uno atque eo recentissimo Pl conservatum est. 30, 17 R. οὕτως δὲ καὶ Ph Syr. R. Sop. 5 W.; exemplum Syriani δὲ particulae abundantiam, corrupti sermonis, qualis apud obscuros scholiastas pullulat, propriam exhibet. Tum glossas in textum receptas continet: 41, 7 R. πατρώα νηὶ Ph Syr. R. Vc, ubi in La πατρώα

manu scholiastae, supra m. ead. in Pq. 41, 8 R. glossa δειν Ph Syr. R. in textum infarsa suffragia totius **V** familiae, PgLa Pa et plurimorum recentiorum tulit. Est ubi non emendatum (cf. 29, 12 R. δύνασθαι abundantius p. οἶα = οἶά τε ap. Syr. R. Ph Pc, sch. Vδ) fuisse Ph exemplar Syrianeum videtur. Hoc exemplar solum cum quadam **P** memoriae parte, quae recentiore textus Ph recensione utebatur, consonat.

Ad Syriani cum Py codice consensum transeamus. 38, 23 R. μείζον Py, v. l. Syr. R. item glossa est suppletoria, varie in textum recepta aut adscripta Ph La Pb Pf; itemque 30, 23 R. κρίνεται (contra φεύγει Py Syr. R.) glossam varie in textum illatam esse opinor. 31, 9 R. τὸ κρι- νόμενον lemma Py Syr. R. substantivi loco adhibitum rhetoricae scholae est magistri recentioris; at obloquitur reliqua memoria. Item falsae elegantiae est γούν post vocalem ponere 60, 13 R., quod etiam quosdam codices pervadit universos. Satis miro modo in hac vulgata elegantia Syriani W. et Py codex **P** codices habent sibi socios; recentiores, ut Vb ita Pb, denuo corrigunt, quod videtur ipso initio fuisse limatius. 72, 11 R. neglegentius indicativus modus (Py Syr. 4 W. Nil. Vδ) pro optativo positus, ut etiam similes modorum in vetustissima vulgata scholastica confusiones, in **P** et **V** familiis evitatur.

Cum **P** solis solus Syriani R. consentit in glossa ἀντιπύρη pro genuino ἀντιστή 38, 23 R. in textum recepta. Quendam cognitionem exempli Syriani in **P** familia eiusque scholiis fuisse iam e superioribus locis patet, propterea fortasse quod ingenio reliquos interpretes superabat et affectata sermonis elegantia. 49, 12 R. ὁ δεσπῶται Syr. R. Ac PgLa **P**; om. Phy Vc Ba, e Syriano ipso recentius revocatum videtur Ac codicis aetate.

Exempli quo Syriani usus est indoles melius perspicietur eis locis quibus perpauci codices ad eius lectiones accedunt. Duos locos iam tractavi 28, 13. 38, 23 R. Adgeram plures. 88, 6 R. τῷ omisit Syriani R., consensit Sopater 4 W., unus solus secutus est Pd codex; scilicet collato Hmg 59, 12 R. emendatius hoc apparet, at saepius alias evincitur non constare sibi Hermogenem in articulo adhibendo. Item quod Syriani 4 W. et Sopatri 4 W. consensum unus solus isque recentissimus P^e codex secutus est 80, 7 R. οὐσίαν p. κερημένον, quonam alio modo explicabitur nisi id sero e Sopatro decerptae affectationis Syrianeae specimen esse duxerimus? Sed omnium codicum frequentissimi sunt Pfw codices in Syriani exemplo exprimendo: bis quidem (42, 15-16 Syr. R. et 33, 3 Syr. R.) soli solum Syriani R. sequuntur: priore loco in collocatione verborum elegantius mutata, altero in omissa κατὰ praepositione, cuius rei loco simili 32, 17 R. Syr. R. Sop. 5 W. socium habent Ac codicem. At non perstitit Ac codex in praepositione

(ad similitudinem locorum 32, 10. 14 R.) omittenda 33, 3-4 R., postquam vidit posse quidem tertium genus non consistentium causarum appellari τὸ ἀντιστρέφον, ut primum τὸ μονομερές et alterum τὸ ἰσάζον, sed quartum nequire simpliciter dici τὸ ἄπορον. 33, 7. 9. 14 R. κατὰ praepositionem a Syriano R. omissam praeter Pfw codices etiam scholia Vg neglegunt. 35, 11 R. τε post Syrianum R. soli Pfw Vg codices omiserunt. 33, 12 R. Pfw codices Syrianum R. etiam Anonymo, Syriano 4 W., 48, 1 R. Sopatro 4 W. et Anonymo acceptum sequuntur. Quorum locorum priore eadem κατὰ praepositio ad septimum genus non consistentium affixa omittitur, altero μόνου pronominis forma accommodata mutatur in -ον adverbium, quae est frequens varia lectio etiam alibi in codicibus, hic autem minus probabilis.

Itaque Sopater, Anonymus, Ac Vg codices testantur Syriani lectionem transmissam esse posterioribus, sed Pfw codices fortasse ex ipso Syriani exemplo hauserunt, nam constantiores sunt quam alii hoc in exemplo exprimendo.

42, 17 R. verborum collocatio a Syriano R. mutata, ab Anonymo et Pfw codicibus expressa praeterea P^θ codicem invenit asseclam. Adde quod solum Planudam respicit 44, 11 R. solus Pw; 38, 21 R. iidem soli Pfw codices solum Marcellinum sequuntur. Pfw codices igitur denuo ostenduntur proprio arbitrio uti in interpretibus adhibendis. His demonstratur ipsum et fere solum Syrianum, ut etiam alios alibi interpretes, talia novasse.

42, 19 R. εἶτα elisio a Syriano 4 W. et Sop. 4 W. neglecta (cf. 32, 8 R. δὲ Syr.—Sop. 4 W. Vb) Marcellinum Anonymum Pg Vu Pfwqz sibi invenit fautores. Reliquis locis Phy codicum aut alterius utrius intercedit auctoritas quae suam sibi fidelem codicum turbam advocat. Inter quos si eadem constantia Pfw codices censentur, ad ipsum Syrianum, non ad Phy familiam hoc est referendum. Quod autem non raro deficiunt, ipsi grammatico varie textum compilanti id tribuerim. Itaque Syriani textus a Phy familia separatur solum in eis quae ipse Syrianus induxit.

29, 3 R. bis articulum post Syrianum R. omiserunt Sop. 5 W. La Vqt Pr codices; ubi quod Pr adest, suspicari licet Py familiae ramum recentiorem. Etiam ubi V^δ ad Syrianum et Anonymum solus accedit 52, 17 R. similis v. l. in Py codice deprehenditur.

Restat ut de necessitudine cum P^γ codice duobus solum locis (cum uterque mera frustra ex Hermogene ministret) conspicua edisseram. 57, 4 R. soli ex omnibus Syriani R. Marcellinus codex P^γ pro εὐρών exhibent καταλαβών, quae est grammatica sermonis Hermogenei



emendatio. Cum Georgius nusquam solius Marcellini solus sectator inveniatur, licet Marcellini lectionem e Syriano ducere. 47, 20 R. Syrianus R. et Vγ codex om. pr. καί.

Hermogenis *statuum* textus Syrianeus R. aetatem prodit contaminatae Phy, excultae autem iam **V** memoriae. Eam aetatem vocaverim Alexandrinam (V—VII s.). Si Syrianus V saeculo vixit, tum Ac vulgata iam IV saeculo tribuenda sit. Sed textus Syriani R. recentioribus codicibus traditur ideoque, ut mox etiam de Sopatro et Ph memoria cognoscemus, recentiore eum vulgata inquinatum esse probabile, saepius vero perspicuum est. Quin ipse qui Syrianum edidit Rabe v. I praef. p. VI bis in librum *de statibus* commentarium scripsisse (ut etiam in libros *de formis oratoriis*) Syrianum odoratur quidem, sed negat. Verum agitur de recentiore commentarii recensione, qualem etiam in Sopatri 5 W. commentario inesse ostendam. Quae si ita sunt, sola respicienda videntur e Syriano ea quae Phy (Vc Ba Pc) munita sint auctoritate.

80, 4 R. εἶσω τριάκοντα maiore codicum agmine stipatam lectionem Py codicis deprehendimus; ex interpretibus Syrianus R. Georgius Doxapatres (Vδk, sch. Va) praeunt; **V** familia et Pa codex in adversa acie Ph censentur; ita etiam 61, 21 R. (cop. om.) solo Pc codice socio Pγ Vγ codices Sopatrum 5 W. sequuntur. Nec **V** nec **P** familia multum Syriano tribuit. Nili et Anonymi quoque conspicua est erga Syrianum continentia. Solus Doxapatres (Vδ, sch. Va), qui Anonymum cum trium commentario contaminavit, amplius eum, ut etiam Sopatrum et Marcellinum, respexit.

Nunc examinemus, qualis *statuum* textus Sopatri fuerit. Solus soli Ph codici suffragatur nusquam, nam quod 44, 9 R. (Sop. 5 W.) et 55, 4 R. (Sop. 5 W. et Pq) apud ambos solos -ν ante consonantem reperitur, mirum quidem est, sed leve. Simili modo 60, 12-13 R., ubi ὑποτέρω οὖν (Sop. 5 W.) cum Ph codice scribit contra Py codicis et Syriani 4 W. et **P** codicum scriptionem γούν, graecitatis rationem ducit, non textus deligit varietatem; qua in re etiam totius **V** familiae assensum, cui admodum raro toti simul placet, Doxapatris plurimorumque codicum applausum tulit, nullam vero, quae vere sit Ph codicis varia lectio, Sopater 5 W. recepit. Cum Doxapatre (Vk, supra m. ead. ? Vδ) excipit 49, 16 R. Sopater 5 W. Ph codicis lectionem variam (fut. pro praes.), etiam alibi a se frequentatam et in interpretatione positam.

73, 11 et 77, 8 R. solus Sopater 4 W. (73, 11 R. cum Marcellino) secutus est Py codicis lectionem. Priore loco haud iusto καί post εἰ

concessivum, altero autem articulus ad nomen proprium omittitur (cf. 39, 15 R., ubi ad Sopatrum 5 W. Vf codex accedit): res non iudicii videtur, sed memoriae pessumdatae.

Tribus locis Py codicis lectiones a **V** familia diversae ap. Sopatrum prodeunt. Omnibus his locis de particulis additis omissis mutatis agitur. Primo loco (54, 15 R.) Ph Vc Ba μὲν exhibent, Ac **P** οὖν, Py μὲν οὖν dat, quae videtur esse solita lectionum cumlatio; quam amplexi sunt Georgius et Doxapatres. Planudes Ac **P** codicum rivulum delegit. Sopater 5 W. Py codicem secutus in utramque partem proni arbitri iudicium exhibet. 77, 20 R. δὲ pro δ' αὖ lemma Sop. 5 W. Py. Sed quod ὡς pro ἔτι tertio loco (78, 1 R.) Sop. 5 W. cum Py codice maluit, certe non emendatio est, quia sequuntur ἔτι ἔτι; hae coniunctiones apud Hermogenem variandae orationis causa adhibentur.

28, 13 R. ὁ ἀπὸς p. σχεδὸν Sopater 4 W. post Syr. R. cum Phy **V** codicibus contra Sop. 5 W. facit, qui una cum Anon. 7 W. σχεδὸν om. Fortasse σχεδὸν e scholio varie in textum illatum est. Anonymus e tribus trium interpretum diversis lectionibus Sopatri 5 W. lectionem praetulit. Sed 34, 2 R. εἶτα Sopatro 5 W. Py memoriam secuto **V** familia adnuit. Numquam **V** familia, semel (39, 6 R. μεθιστή Sop. 5 W. Nil. Vc La Vde) Vc, bis (54, 19 R. τῆς om. Sop. 5 W. Ac Ps. 81, 2 R. τοῦ om. Sop. 5 W. Nil. Anon. Ac La Va Vγ) Ac codex Sopatrum 5 W. Phy familiae refragatum comitatur.

Anonymus 7 W. uti videtur exemplo *statuum* ita vili atque usus est Sopater 4-5 W. 42, 6 R. οὐκέτι elisione neglecta lemma Sop. 5 W. Anon. 7 W. Pg; 48, 13 R. χρήσεται indic. post ἐὰν lemma Sop. 5 W. Anon. 7 W.; 72, 11 R. καὶ soc. om. Sop. 4 W. Anon. 7 W.; ibique a plerisque, non solum a bonis codicibus ambo deseruntur.

7, 424, 31 W. Anonymus 7 W., ubi Nilus ipsius Demosthenis textum expressit (ἡθροισί), Sopatro 4 W. duce ἔθροισί ponit (cf. ad Dem. 18, 114 adn. Butl.).

Anonymus Vδ cum Sopatro 5 W. consentit 76, 11 R. τὰ ἐν Πόλφ, ubi etiam Pr codex (e Py familia recentiore) consonat.

Planudam nusquam deprehendi Sopatri lectione usum; nam 51, 13 R. ὀρικῶς solum ut v. l. (cf. Pa Va Vb Vf) ap. Sop. 4, 404, 26-7 W. (cf. ibid. lin. 31) occurrit, sed etiam eodem modo ap. Anon. Vδ; tum sola ὀρικῶς lectio invenitur eo loco in plerisque codicibus (Ac PgLa Vγ agmen aperientibus). Contrariam Sopatri 5 W. lectioni ὀρικῶς Planudes dat ὀρικῶς lectionem 80, 1 R.

Sed 36, 3 R. (τῶν κερ. om. Sop. 5 W. sch. Va) scholia Va sola solam tradunt Sopatri 5 W. lectionem. 53, 15 R. (αὐτῶν om. Sop. 5 W. sch. Va) aliquot recentioribus sociis, 34, 2 R. autem (εἶτα Py Sop. 5 W. V) et 81, 2 R. (τοῦ om. Sop. 5 W. Nil. Anon. 4 W. Anon. 7 W.) quibusdam praecinentibus. E Sopatro 4, 402, 21 (ubi πατρός pro πρὸς inepte W.) nominatim afferunt scholia Va 23, 8-10 Kow. (ad Hmg 50, 20 R.) de πρὸς praepositione redundante, accedit Vb codex qui m. 1 hanc praepositionem om. Simile igitur veri fit demum a Doxapatre advocatum fuisse Sopatrum 5 W.

Aliter atque ap. Syr. et Marc. P familia longissime a Sopatro abhorret.

Minores codices adeamus, ubi soli cum solo Sopatro conveniant. Hic quoque Pfw codices a Sopatro singulas lectiones decerpunt. 33, 13 R. καὶ coniunctio duobus participiis intertexta Sopatri 4 W. commodam indolem spirat. Vox idem fere significans γίνεται ponitur pro εἰσάγεται 49, 10 R. (Sop. 5 W. Pfw Pls; γίνεται καὶ εἰσάγεται sch. Pl).

Sopater 5 W. δὴ concinnius collocavit 35, 4 R., idque Vf Pl codices receperunt, quorum Vf codex iam nobis notus est Sopatri 5 W. comes Py codici in οἱ articulo omissis assensus 39, 16 R.; τὶ post ἕτερον a Sopatro 5 W. omissum 39, 6 R. solus Pl codex probavit; οἱ articulo a Sopatro 5 W. addito 45, 20 R. solus Pk codex adnuit. Idem Vf codex Sopatri 5 W. variam lectionem ἀντιστρέφουσα pro ἀναστρέφουσα (etiam Sop. 5 W.) 50, 20 R. cum La (et Vn codicibus) amplexus est. Καὶ adverbio et substantivo cum praepositione coniuncto (ἀπλῶς, κατ' ἀρχαίως) interpositum 65, 16-17 R. (cf. 33, 13 R., ubi καὶ coniunctionem inter duo participia insertam secuti sunt soli Pfw codices) solus e Sopatro 5 W. recepit Pp. Haec recentiorum cum vetustissimis sparsa foedera explicantur trium interpretum admixtione ad Anonymum 7 W. ab Anonymo Vδ et Doxapatre novata; cf. *Comm. cod. Vat. Gr. 107 in Hmg praef. XXIV Kow.*

His recentissimorum codicum cum Sopatro 5 W. commercii a reliqua codicum caterva destitutis conici libet Sopatrum 5 W. esse demum recentius post tres interpretes compositos editum, editionem autem principem eiusque apographa vulgo nota non fuisse. Gravitate igitur argumenti levitas lectionum a me in Sopatro 5 W. detecta defendi non potest.

His collatis Sopater evadit quamquam ingenio Syriani captus, tamen multo quam ille cautior, tritae viae, quae in Py codice patet, sectator, critica quidem arte minime pollens nec hac in re duobus

aliis interpretibus superior, sed solum in parvis temerarius. Propriam sibi Sopater patefecisse viam videtur ideo quod Nilus admodum ex eo pendet (Gloeckner *RE* III A 1002-6), e Nilo autem doctrina et lectiones Sopatri defluerunt in Anonymi 7 W., Doxapatris, similium commentaria. Inter Syrianum et Marcellinum plurimum quam illi suffragio fruitur propter securam doctrinam, sed vix singula verba curantem. Plus quam Syrianus, cui se in multis adiunxit, Anonymo 7 W. acceptus fuit. E Syriano et Sopatro aequae hausit Marcellinus. Quamquam Sopater 5 W. memoriam recentiore exhibet quam Sopater 4 W., sed Py ramo addictus manet.

Multo minor Marcellini apud posteros auctoritas fuit. Py codicem Marcellinus vel solum octies vel eius cum Ph codice consensum sexies sequitur, solus Ph codicem semel; 32, 7 R. (cum Pfw codicibus); cum Anonymo V δ autem bis: 53, 1. 86, 23 R.; recentius igitur Ph exemplum idque raro respicit. Bis $\delta\epsilon$ pro $\tau\epsilon$ scribit 32, 7. 53, 1 R., quod videtur esse corrigentis, non ita legentis; priore loco Pfw codices mutatam ap. Marcellinum $\delta\epsilon$ pro $\tau\epsilon$ particulam soli praeter Ph codicem receperunt (at idem Marc. antea eam cum scholiis Ps omiserat), posteriore Marcellinus solum V δ codicem (supra $\tau\epsilon$) secum traxit. 38, 21 R. mutatam a Marcellino verborum collocationem iidem soli Pfw codices expresserunt. 86, 23 R. $\alpha\nu$ particula ad potentialem in Ph codice omissa, quod idem habet post Marcellinum Anonymus 7 W. et V δ , certe non iudicio sed exemplo corrupto debetur. Codicum Phy consensum semper cum **V** familiae vel uno codice tutatur, bis cum tota ea familia. Phy familiae igitur exemplo uti videtur, et quidem recentiore.

Ideo non minimi momenti erit eos locos examinari, ubi Marcellinus prodeat Phy codicum auctoritate non munitus. Hi loci sunt decem numero. Quattuor locis prodit **P** familia aut Pc aut Pa soli, item quater Va, quem ad Pa vulgatam proxime accedere dixi; cf. sch. Va praef. VIII. Bis etiam scholia Va. Pb Vh Pn singulis locis eadem vel similia praebent (cf. *ibid.*).

Bis **P** codicibus Py Vc Ba (Ac) codices adduntur. 48, 19 R. (om. $\alpha\lambda\iota$) cum solo Marcellino Po solus censetur; eum codicem ostendi praef. XIV—XV aequa ex parte Phy et **P** familiarum lectiones exprimere. Solus soli Marcellino suffragatur Pr 59, 4 R. ($\acute{\epsilon}\tau\epsilon\rho\alpha$ pro $\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha$), qui est Phy familiae (praef. XVI); praeterea sexies prodit. Eiusdem familiae codex Pq (praef. XVI) est, qui 38, 1-2 R. cum Marcellino et Anonymo V δ $\pi\rho\acute{\alpha}\gamma\mu\alpha\tau\omicron\varsigma$ omittit, ubi id substantivum supplet in ras. m. po. Vh, quem cum Vd codice et cum Pno codicibus commu-

nem **P** familiae cum Phy familia vulgatam efficere dixi praef. XIX. Satis attulisse videor ut probarem Marcellinum adhiberi in nunc demum apparente Phy memoriae cum **P** memoria coniunctione et uti *statuum* textu in **V** familiae codices recepto. Qua in re videtur Syrianus ei viam praemunivisse.

Georgii aetas fortasse eo declarari potest quod ei Syriani lectiones aliquantum, Sopatri satis, Marcellini haud raro notae sunt. 83, 21 R. solus solius Ph codicis lectionem ἐπιγνωσόμεθα pro ἐπέγνωμεν recepit. 47, 20 R. pr. και om. Syrianus R. et Vγ soli. 80, 20 R. κυρίω vulgo, s supra Ph, κυρίως Pγ. In Georgii capitibus Anonymi commentario adiectis duo Vh et Mon. codices, qui sunt **P** familiae, 89, 1 R. ἂν ἐθέλωσιν tradunt: quae lectio praeterea soli Ph codici nota est. Uno loco 57, 4 R. inter Syrianum et Georgium intercedit Marcellinus, cuius quoniam solius soli Georgio notas fuisse lectiones nusquam apprehendi neque usquam solius Ph codicis lectionem codicibus **V** familiae ignotam a Marcellino ministrari Georgio video (cum tamen talem Ph codicis lectionem 53, 1 R. δὲ pro τε Anonymus Vδ e Marcellino recepisse videatur), hanc 57, 4 R. lectionem extra quaestionis cancellos pono. 76, 13 R. κατὰ ταύτην pro κατ' αὐτήν Ph codicis et Georgii lectionem consentaneam excipiunt Anonymus Vδ et codex Vk, tum La, qui decies cum Georgio consociatur, tum Vde Pm codices; La codicem Ph Ba Ac codicum societatem amplexum esse novimus e praef. VII—VIII. Georgio Ph codicis memoriam secuto solus e **V** familia Ac codex (90, 6 R. μὲν add. post διαιρείται; μὲν aliter collocaverunt: Vc, deinde erasum, et Ba) adest, ubi quod Vb et Pr inter alios censentur, suspicor Phy memoriae contaminationem recentiore apparere: praeter enim hunc unum locum nusquam **V** familiae codices Georgii cum Ph codicis memoria consensui se adiungunt. 87, 12 crasis κἀν-ταῦθα neglegitur in Ph codice, item a Georgio, consentiente (inter alios) Vb codice. 74, 18 R και addiderunt Ph codex, Georgius, tum inter alios Pr codex.

Py quia latiore alveo quam Ph defluxit, nusquam solus soli Georgio praecinit; sed Pr eius assecla 72, 5 R. (ἦτις pro ἦ) apparet; ita etiam hic recentior Py memoriae ramus emicat. Idem efficitur e Vb codicis, qui plerumque Py codici (etiam hic una cum Georgio) paret, cum Ph codicis socia inter alios in Georgio ornando opera: 87, 12 (cf. supra). 90, 6 R. (cf. supra). Vb cum Georgio censetur 80, 4 R., ubi etiam Syrianus R. 32, 8 R. in elisione neglecta Vb solus Syriani R. Sopatrique 5 W. lectionem communem excipit. Multo minus saepe Pr codex adest. **V** familiae codices sine Phy familia quater

coniunguntur, sed etiam hic 80, 8-9 ὁ πέντης p. ἐπανήκεν Pl, 87,13 φαί-
ται Pr, 90, 12 R. ὅτε pro εἰ Vb comparent. Solo loco 66, 2 R. solus Ac
cum solo Georgio (Pγ Vγ) articuli τοὺς ante στρατηγούς praetermissio-
nem communem habet. Ac cum Py **P** 73, 2 R. (εἶτα), tum cum Ph
Pdlr (90, 6 R. μὲν p. διαρπείται) Georgio se adplicat.

Probabile fit usum esse Georgium *statuum* exemplo aliquanto
ad Py codicem propius accedente. Ut apud Syrianum et Sopatrum,
ita etiam hic suspicor lectiones Hermogeneas e recentioribus codi-
cibus emendatas esse iam in Pγ, multo acrius in Vγ codice. Eo pacto
traditionis indirectae auctoritas admodum debilitatur.

73, 4 R. γὰρ ἀντιθέσει Pγ **P** Va plures (Pb Vhlm Pelmnovεδμ):
scholion minus videlicet in textum delapsum in parte memoriae: cf.
in praef. XIII eandem fere (Georgio duce) codicum catenam, et quae
ibi de antiqua vulgata edisserui.

Minus saepe **P** familia Georgium quam Marcellinum sequitur,
uno solo loco sine Phy familia eiusque progenie. 59, 19 R. ἀποθέσθαι
Pγ **P** contra καταθέσθαι Phy **V** Vab PgLa Vγ Vδ (cf. Syr. et Marc.)
plerosque recentiorum: manifestum est genuinam Hermogenis vocem
a Georgio emendatam et in **P** familiam receptam esse. 65, 13 R. καί
om. Pγ Pc, supra m. po. Vb. 79, 4 R. τε om. Georgius et Pc, supra
exh. Anon. Vδ. Qua in re Georgius Sopatri similior est (cf. etiam ea
quae de Nilo tradidi) quam reliquorum e tribus interpretibus.

Nunc locos examinemus quibus Georgius prodeat nulla e tribus
codicum familiis adiutus. Ita sparsi sunt codices hoc devio Georgium
tramite secuti, ut vix quidquam affirmari queat praeter id quod ea
e turba sunt qui textu ab Anonymo adhibito utantur. Itaque textus
statuum historia intricatior efficitur ea re quod praeter codicum fa-
milias respiciendae sunt scholae earumque magistri qui textum inter-
pretati seu lemmatis praemissis seu textu integro per singula capita
praemunito tamquam fontes memoriae exstiterunt, quae solum ex
parte codicum nititur memoria, quia et interpretes delectum faciunt
et propria incutiunt, et qui ex eis hauriunt, singulis locis id faciunt,
ubi id persuasum sibi habent.

Codices recentiores Georgii comites sunt hi: Pdefwklnoqrsuvθz;
hos omnes praefationis paginis VIII. XII. XVI. XVIII. XXII—III pro-
bavi codicum Phy familiae interesse, praecipue autem ad Ph codi-
cem accedere. Nusquam igitur Georgius a Phy familiae commerciis
aberrat, sed multo eam vastiorem amplectitur, quam antiquiores
interpretes. Quod bina ratione explicari potest. Aut enim Georgium
a recentioribus respici accipiemus, sed tum lectionum eius origo igno-

rabitur, aut e recentioribus emendatum concedemus, quo pacto etiam altera difficultas amovebitur, sc. Vγ codicis diversae lectiones, quae eadem recentiores esse e codicum recentiorum cum Vγ codice congruentiis demonstrantur.

Georgii codices Pγ Vγ etiam alio modo in lectionibus *statuum* inter se differunt; ex. c. 59, 19 R. ubi Vγ novam a Georgio propositam lectionem non recepit, vetustam et universae memoriae repetivit.

Nec Nilus Marcellini vestigia premit; nulla enim invenitur in *statibus* lectio ambobus communis, una autem cum Syriano (72, 11 R. ἐπιπίπτει Syr. 4 W., Nil.), quattuor cum Sopatro communes Nilo. 38, 17 R. ὡς γενικὸν soli Sopater 5 W. (ὡς om. Sop. 4 W.) et Nilus scripserunt. Hoc videtur novatum esse in Sop. 5 W. Nec Phy nec V familia prorsus omnibus locis censentur, soli codices Vb et Vδ usque comparent. Quorum prior testatur, ut primo aspectu apparet, recentius Phy familiae exemplum praesto fuisse etiam Nilo, Anonymus Vδ autem idem sibi exemplum vindicat.

Ipsa Nilus usus est codice *statuum* multo Ph codicis quam Py similiore. Quoniam apud Syrianum 4 W. Sopatrum Marcellinum Georgium Py codex frequentior est, diversam viam in textu *statuum* adhibendo secutos esse interpretes recentiores concedendum est.

Quid vero existimandum est de locis duobus quibus Ph codicem in tanta codicum turba soli Nilus et Anonymus Vδk secuti sunt? 60, 8 et 77, 3 R. Ph (Nil.) Vδk add. δὲ. — 32, 7. 53, 1 R. δὲ pro τε Ph Marc. Pfw priore loco, Ph Marc., in textu Vδ, posteriore. Recentius esse in Ph exemplum introducta neque pluris aestimanda duco motus eis quoque quae sequuntur.

67, 8 R. κακοῖς omiserunt elegantius, quam ipse Hermogenes scripsisse videtur, Ph Nil. Vδk. 70, 17 R. scholion θετοῦς ποιούμενος pro τιθέμενος fluxit in eosdem quattuor codices, noverat id Syrianus R. quoque, et m. 2 Ac vestigium eius memoriae conservavit. Ita etiam 59, 7 R. ἀπὸ post συμπλεκόμενον Ph Nil. Vδk suppleverunt non necessario; συμπλεκόμενων, om. ἀπὸ Pγ Vγ.

87, 2 R. ἐν pro ἐπὶ Ph Nil. (Vb Vδk Vq Pq), quam emendationem (vanam, cf. enim lin. 1 ἐφ') iam Marcellinus noverat.

74, 11 R. ταξιαρχοῖς exhibet Nilus cum Ph Pa Va Pb codicibus et Anonymo Vδk; -αις elegantius Py V Anon. 7 W. PgL a Pc Vc Vγ et recentiorum plerique; eandem varietatem in Herodoti et Platonis codicibus inveniri Liddel-Scott-Jones docent.

Cum V familia tota Pa codex Ph codicis et Nili lectionem exhibet 61, 21 R. ἐστὶν (pro εἶσιν Py La Vb), ubi copulam om. Sop. 5 W.

Py Vy Pc. Tres rami apparent vulgatae. In Sopatri 5 W. cum Ph codice divortio Ph codicem malim, interpres enim elegantior sibi visus est, opinor.

Numquam apud Nilum **V** familia tota cum Py memoria coniuncta prodit, aliquoties cum Ph aut Phy memoriis, tum sine eis.

54, 4 R. opt. εἴη post ἐάν, qui usus vulgatam pervagatur, solis Ph Nil. Pfw traditur. Talia singula Pfw codices cum omnibus interpretibus communia habere ostendi, fortasse non ex eis consulto collecta, sed sensim contaminata; nam 66, 15 τὰ articulum omissum non solum Nilus et Pw testantur, sed etiam m. 1 Vc.

42, 5 οὖν om. Nil. solo Py (La Pr) codice suadente. 67, 14 R. νῦν om. Py Nil. Vg, m. 1 Vb Pr; 83, 2 R. δευτέρα pro δὲ ἑτέρα Py Nil. Vδ Pqu, sim. Pr; omnes sunt variae lectiones (non interpretamenta) recentioris Py memoriae.

66, 12 R. νομοθέτου εἰ ἐπιπίπτει mutata verborum collocatio Py (Ac Vl) codice tradita nititur testimoniis Georgii et Nili, latius propagata cura eorum qui elegantiam probavisse videntur.

Phy familiae concordiam raro **V** familia destituit apud Nilum. 85, 1 R. articulus (ὁ ante ἀποκήρυκτος) in exemplo recte (quia ὁ ἐπιμείνας participium est) omittitur Phy Nil. (Vb Vgm Πονεμ, er. Pr).

Non casui tribuerim quod Phy familiae concordia apparet demum 67, 1-2 R. (ἐμάθομεν p. στοχασμῶ) et quod Py codicis lectio cum Nilo congrua intra hanc partem solum bis (42, 5 om. οὖν; 60, 17 R. θορόβου) deprehenditur. Item La codex, qui cum Pg codice assidue Nilum sequitur, ultra 67, 22 — 81, 20 R. non prodit; similia iam praef. XIII de Pn codice animadverti; cf. etiam Vf codicem. Hanc La codicis inconstantiam propterea cum Phy familiae sero demum conspicua concordia coniungo quod etiam post p. 81, 20 R. semel solummodo cum hac familia unisona consonat: 83, 20 R. (διπλοῦν ῥητόν), ubi etiam Georgius et alter Anonymus 7, 666, 6. 9 W. testantur hanc Phy La codicum societatem non *statuum* exemplo a Nilo adhibito tribuendam esse. Nam in Georgio ambo Ph et Py codices concordant ibique semper accedit La, qui codex Georgium minus saepe quidem quam Nilum, sed nullo (ut etiam ap. Nilum) veterum hac in re arbitro sequitur. Nilus igitur serius adhibuisse Phy familiae exemplum recentius et nostri similius videtur. La codex autem, qui omnes quidem interpretes exprimit, sed Nilum frequentissime, videtur solum in eis lectionibus, quas interpretibus desumpsit, antiquius Phy exemplum sequi, ipsius autem claret Phy exemplum recentius multo quam alterum Nili exemplum fuisse. Quale autem fuisset, accuratius

in praefatione scholiorum La codicis a me edendorum descripsi: e **V** familia Ba codicis proximum, sed Phy familiae propius, quam est **V** familia; qua re optime designatur aetas La exempli Nili aetate inferior. Ut La codicis commentarium, ita etiam *statuum* textum in La codice expressum verisimile est contaminatum esse e trium interpretum textu et Nili; etiam ea re designatur saeculum undecimum, quo viguit Doxapatres et similes eius Anonymi Vδk. Quae contaminatio propria est interpretum, i. e. scholae magistrorum. Propterea textus *statuum* passus est mutationem, quae solis codicum necessitudinibus explicari nequit, neque usquam ars critica, si sola *statuum* textui adhibebitur, sufficiet ad eius textus originem et vices enodandas.

Nilum retractavit Anonymus 7 W., sed ita ut saepius lectiones e *statibus* depromptas exhibeat diversas, ex. c. 52, 13 R. κατηγορούμενα. Tum singuli Anonymi codices, ut alibi, ita etiam his in lectionibus differunt, ex. c. ibid. cum Nilo faciunt Pc Vu. Denique Anonymus ipse varietatem lectionum noverat; cf. pp XI—XII. E loco 59, 19 R., ubi alteram lectionem καταθέσθαι Phy Anon. 7 W. **V** PgLa Vab Vγ Vδ plerique codicum minorum, alteram ἀποθέσθαι Pγ Anon. 7 W. **P** exhibent, apparet memoriae divisionem a solo Georgio inductam referri ab Anonymo. Eodem animo Anonymus erga omnes interpretes fuit: consuluit omnes, quo recentiores erant, eo frequentius; Nilo praetulit lectiones Georgii complures, ut etiam praeter Nili consilium tres interpretes aliquoties secutus est.

90, 10 R. articulum ἡ prave om. soli Anon. 7 W. Pγ Pd; 71, 7 R. πρόσωπά ἐστι τὰ κρινόμενα articulum om. soli Anon. 7 W. Vγ Pd. Cum Pd codex nec Georgio neque Anonymo 7 W. multum suffragari videatur, communis Py memoriae ramum quendam obscuriorem Pd codice significari existimandum est (cf. praef. XX de 52, 16-7 R. Pc Pd Ve).

Anonymus 7 W. codicem *statuum* adhibuit multo similiorem Ph quam Py codicis. Ambo ap. eum consentiunt raro, adsentiente aut Georgio recentiore (49, 8 R. γίνεται Vγ; 90, 3 R. φεύγει p. φόνου Vγ) aut Nilo (38, 23 R. ἀνδίστησιν) aut PgLa (49, 8 R.; 57, 2-3 στρατηγὸς προδοσίας ἐδέθη PgLa; 88, 19-20 ἐκώλυσεν p. τοῦτο PgLa; 90, 3 φόνου p. φεύγει PgLa; 40, 7 R. διανοίας μόνας Pg) aut Anonymo Vδk (38, 23 ἀνδίστησιν Vδ; 40, 7 διανοίας μόνας Vδ; 45, 10 R. Vδ; 88, 19-20 ἐκώλυσεν p. τοῦτο Vδk; 90, 3 R. φόνου p. φεύγει Vk): sed iidem codices eodem laxo modo apparent etiam ubi Anonymus 7 W. Py codicem sequitur. Itaque Anonymus 7 W. utitur exemplo *statuum* simili eius quod Anonymus Vδ adhibuit. Etiam eas quae ap. solum Anonymum 7 W. inveniuntur Ph codicis lectiones recentiores esse consideremus oportet; ex. c.

41, 4 R. δὲ omissum; fortasse etiam 57, 14 R. στρατηγῶν pro στρατηγός emendationem non vetustam, quippe quae placuisset vel uni ex antiquioribus interpretibus. Hoc modo etiam nonnullae aliae ap. alios interpretes obviae lectiones cum Ph codice solo communes explicandae videntur: eorum aetatibus aut solum in eorum exemplis eas prodiisse; vetustissimae enim lectiones, etiamsi essent erroneae neque ad ipsum Hermogenem referendae, latius patuissent.

78, 23 R. παραμένει Ph et Anonymi 7 W. codices W. exhibent soli; genuinam lectionem παραμεινεί restituerunt in Anonymo 7 W. P Vb Vu codices: genuinam dico sensu, nam litteris maiusculis scripto primo exemplo multisque postea exemplis sero demum orta est varia lectio, fortasse hic et illic, fortasse uno solo in exemplo, cum esset e proximo περιέσται emendatu facillima.

Quaeritur sitne Ph codicis lectio ap. Anonymum 7 W. obvia usque ad Anonymi Vδ(k) aetatem e primo Ph pervagata an solum ex Anonymo 7 W. ab Anonymo Vδ(k) excepta. 85, 2 R. νήος Ph Anon. 7 W. Vδ; 89, 20 R. δέδωκε pro ἔδωκε Ph Anon. 7 W. Vδk. Etiam enim contra Ph codicis lectionem Anonymus 7 W. et Vδ consentiunt 57, 2 R. in τις pronomine omissio. Quoniam tamen uno solum loco id obvenit, Anonymus 7 W. autem pendere ex recentiore Phy familiae exemplo demonstrabitur, ideo aptius non ex Anonymo ipso verum ex illo recentiore fonte repetatur. 90, 15 R. in elisione neglecta (τοῦτο pro τοῦθ') congruunt soli Anon. 7 W. Vδ Pn: etiam hac in re ad vulgatam reducimur. 88, 20 R., ubi ad Ph Vδk codices Pvp. accedunt, omittitur subiectum ὁ νομοθέτης et subaudiri potest; sed sero in Ph memoria id omissum esse ostenditur e recentiorum testium cum ea consensu. Etiam locis 40, 7 R. κατ' αὐτὸ; 57, 2-3 R. προδοσίας στρατηγός ἐδέθη (solus Anonymi 7 W. codicum Pc); 57, 16 R. ὁμολογῶντας; 57, 19 R. ἐφ', ubi Pk aut solus aut ab uno recentissimorum Pε (57, 19 R.) et Pr (40, 7 R.) eadem exhibente adiutus cum Anonymo 7 W. consentiens reperitur, prohibemur ne loco 88, 5 R. om. τῶ ante συλλογισμῶ, ubi Pk cum Anonymo 7 W., Ph codice praemonstrante, deprehenditur in articulo omittendo congruus, antiquitatis quidquam tribuamus; sed suspicionem movet quod Anonymi 7 W. codex Pc eum tuetur: at idem codex apud Anonymum 7 W. solus cum Pk solo verborum collocationem tradit diversam a reliquis 57, 2-3 R. Solorum Ph Pk codicum lectiones attuli sch. Va 107 praef. XXIII (81, 19 R. 90, 12 R.), non intercedente ibi Anonymo 7 W., ambas vulgatae. Ea quae nunc de Pk codice exposui mire conveniunt cum codicis eius descriptione quam sch. Va 107 praef. X—XIII dedi. Pk codex igitur non Ano-

nymi 7 W. exemplo usus esse videtur, sed *statuum* recentiore Ph memoria. 57, 16 R. ὁμολογοῦντας Anon. 7 W. Pk pro ὁμολογήσαντας atticistae, non Anonymi 7 W. esse videtur. 40, 2 R. περὶ ἐν ἡ περὶ πλείονα, alt. περὶ add. Anon. 7 W. Pru. 40, 7 R. κατ' αὐτὸ (pro καθ' αὐτὸ), quam lectionem interpretatur Anonymus 7 W., exhibent Pkr codices. Ambobus locis (cf. etiam 91, 15 R. δημοσίων Anon. 7 [Pab Vh], Ph Vδk Pr) Pr codex Pyh memoriam recentiorem prodit.

Soli Py codici cum Anonymo 7 W. concordi saepius **V** familia accedit; quod numquam accidere apud Nilum docui. Quae tamen **V** familia bis (71, 17 R. ἐπόμενος ὀρθῶς ἄν τις; 91, 8 R. ἐπ' v. l. Anon. 7 W.) Ph codicem Anonymo 7 W. consonum ornat. E minoribus Vg, tum Vbl (44, 10 R. Anon. 7 W. Vl soli), Vu Plqrs Pp, imprimis autem Pu apparet (cf. sch. Va 107 praef. XVIII).

La codex qui tamquam colligat Anonymum 7 W. cum Nilo, in medio amborum positus, apud Anonymum 7 W. ante 49, 8 R. non prodit. Quod quoniam ab hac quoque parte largior fit copia lectionum Nili, argumento est cum Nilo cohaerere La codicem arctius quam cum Anonymo. PgLa Vδk prae ceteris in Anonymi 7 W. catenis conseruntur.

Pfw codices etiam Anonymo 7 W. soli parent soli 40, 2 R., ubi add. ῥητὸν expletivum; 57, 15 R. προδότης pro προδιδόντας Anon. 7 (Vu) Pw.

Scholia Va 106, 2 sola cum solo Anonymo 7 W. in collocatione mutata congruunt. Quod e recentiore vulgata cieri ostenditur loco 39, 17 R., ubi omittuntur ea (ἡμῶν τι) quae omitti possunt ap. Anon. 7 W. et in scholiis Va, accedit autem Georgius rec. (Vγ).

44, 10 R. Anon. 7 W. et Vl soli; cf. 81, 19 R. ὅτι pro ὡς Nil. et Vl soli; 66, 12 R. νομοθέτου εἰ ἐπιπίπτει Py Georg. Nil. Ac Vl soli.

Pδ cum Anonymo 7 W. et cum Ph codice solis 37, 16 R. εἰ δίκαιον, εἰ συμφέρον in loco plurimae et admodum pristinae variae lectionis.

Itaque codicem, qui proprie Anonymum 7 W. sequeretur, inveni nullum. Codices autem quos animadverti constanter cum Anonymo 7 W. censi, non eum probavi sequi, sed Phy familiae exemplum recentius. Item ostendi Anonymum 7 W., quamquam propterea quod in **P** familiae codicibus traditur, **P** scholiorum nomine designatur, admodum raro cum *statuum* textu, qui eius familiae est, congruere atque in ipsius Anonymi 7 W. varia lectione **P** familiae codices Ph codici assentiri; cf. etiam 92, 4 R. om. τὸ. Uno solo loco 57, 3 R. στρατηγῆ codicem Anonymi 7 W. Pb(Vu) cum eiusdem **P** familiae codice Vh (m. po. Pg Vn) consentientem repperi, sed infra docebo

Py familiae hic inesse momentum quoddam. Etiam 81, 22 R. ἔδει P familia (Ac Va) cum Anonymo 7 W. contra Phy familiam et Sopatrum 4 W. coniungitur communi recentioris vulgatae vinculo.

Praeter haec duo, cum Phy familia dico affinitatem et a P familia distantiam nihil inveni in *statuum* memoria quod sit Anonymi 7 W. proprium. E Nilo pendet totus Anonymus 7 W. praeter id quod Py V consensum non vitat, ut ille. Ubi autem differt a Ph Nilo Vδk, ut in Ph-Py sed nescio an prisca varia lectione 74, 11 R. ταξίαρχαις, rectam lectionem amplectitur. Ceterum Anonymus 7 W. satis habet varias lectiones respicere, antiqua auctoritate textus emendandi caret. Ne unum quidem locum inveni quo Anonymum 7 W. propriam induxisse aut quo a posterioribus ei esse desumptam lectionem suspicatus sim. Longiores codicum post terga catenas ducit eam ob causam quod utitur vulgata aliquanto recentiore et iam propatula.

Syriani R. lectio 52, 17 R. καὶ αἱ, ubi reliqui om. αἱ, ex Anonymo 7 W. aut eius aequalibus hausta est ab Anonymo Vδ.

Neque Sopatri ulla lectio solius ap. solum Vδ prodit.

Marcellini quod unam lectionem 38, 2 R. om. πράγματος cum solo Pq codice communem habet, e rasura in Vh codice, ubi m. po. suppletum est vocabulum πράγματος, elucet in Phy vulgata (cf. de Pq codice sch. Va praef. XVI et XXIII) praetermissum id fuisse.

Itaque Anonymus Vδ, qui e Doxapatre qui denuo commentum trium accivit ut Anonymum 7 W. adaugeret, pendet, hoc solummodo in commentario exhibet, textu *statuum* autem utitur suae aetatis. Veri simile est vix umquam quemquam textum continuum e tribus interpretibus cuiuslibet exstitisse.

Georgium tantum ex Anonymo 7 W. notum Anonymo Vδ fuisse probabile est, siquidem praeter 70, 3 R. (τοῖν om. Pγ Anon. Vδk soli) et 86, 14 R. (διακαρτεροῖεν Georg. ap. Anon. 7 W. et Vδk soli) nullum aliud occurrit testimonium, in quo Georgius praeter reliquos coniungatur cum Anonymo Vδ. Gloeckner, *Ueb. d. Komm. d. Joh. Doxap.* 1, 27 adn. 2 Georgii ipsius cognitionem Doxapatre vindicat; sed etiam ille locus Nilo debetur.

Sed ne Nili quidem lectiones Anonymus Vδ ipse inspexisse videtur; quater enim (59, 7 R. συμπλεκόμενον ἀπὸ Ph Nil. Vδk; 67, 8 R. κακοῖς om. Ph Nil. Vδk; 70, 17 R. θετοῦς ποιούμενος Ph Nil. Vδk; 77, 3 R. τὸ δὲ Ph Nil. Vδk) adversus reliquos codices uno Ph codice excepto consentit cum Nilo; illius igitur Ph exempli recentioris lectiones sunt; quarum permultas solus exhibet.

57, 2 R. τις omissum testantur soli Anon. 7 W. et Anon. Vδ, sed loco maxime variae lectionis; ipsum τις aliter collocatur in Pk codice. Quando igitur nullo alio loco inter solos Anonymum 7 W. et Anonymum Vδ convenit, Anonymum 7 W. in lectione quidem comparanda ab Anonymo Vδ consultum esse haud crediderim.

Sin propria opera non videtur Anonymus Vδ textum constituisse neque advocavisse vetustiores textus, qualis olim exstiterat, testes, quaeritur quonam tandem illo suae aetatis textu usus sit.

In ca 247 locis a me examinatis, quibus Vδ(k) prodit, 89-es Ph, 42-s Py, 49-es Phy codices censentur. **V** familia aut tota aut singuli eius codices 82-s occurrunt. Etiam hic igitur Phy familiae exemplum quaeramus oportet, scilicet non illud quale primis interpretibus praesto fuerat, sed quale aetate Anonymi Vδ (aut in genere Doxapatrea, ca XI s. p. Chr. n.) exstiterit: iam **V** familiae propinquius.

Id exemplum satis circumscribi potest, 125 locis enim Phy familia aut singuli eius codices sine **V** familia aut eius codicibus produnt. Ph ramum distingui dixi. Eum nunc aut nudum aut paucis aliis ditatum eximam e codicum turba, quo clarius, quonam redeat, quorum porrigatur, censendi sit potestas.

18-es soli prominent Ph Vδk. Praeterea bis Ph Vδ soli: 60, 5 R. τούτ' in elisione observanda; 80, 18 R. ἀπαντήσει Ph Vδ, ubi etiam supra m. 1 Vc; mendosa verborum genera medii aevi graecitatis esse solent. Semel Phy Vδ soli: 60, 4 R. om. ἐκ τῶν παρεμμένων; cf. 46, 21 R. γάρ om. Phy Vδk Pr, supra m. po. Vb Vg; ibid. οὕτω om. Phy Vδk, mg m. po. Vb Vg; 73, 14-5 R. copulam add. Phy Vδk Pr. Praeter expectationem id evenit; in tanta enim codicum farragine tamque recenti aetate vix prodire solent singula paria. Suspiciamus sit fortasse quispiam id quod nunc habemus aut eius simillimum decimi saeculi exemplum advocatum esse ab Anonymo Vδ separatim ab illis locis ubi Ph codicis lectiones ex aliis codicibus defluerunt in eum. Sed tribus locis (59, 7 R. συμπλεκόμενον; 67, 8 R. κακοίς; 77, 3 R. τὸ δὲ) huic pari Nilus, uno loco Marcellinus et Anonymus 7 W. (86, 23 R. om. ἄν, ubi Ph Vδ accedunt; 39, 21 R. μὲν οὖν et 80, 18 R. ἀπαντήσει Vδ solus cum Ph solo spectantur), duobus (85, 2 R. νηός Vδ solus; 89, 20 R. δέδωκεν Vδk) Anonymus 7 W. se adiungunt. Quid porro? Solum duas (47, 6 R. ἀπάντων; 58, 8 R. πεφρονεμένος ὁ ἀνήρ) ante 65, 12 R., reliquas in altero (i. e. ab antilepsi) *statuum* dimidio! Ubi etiam illae interpretibus quoque notae Ph codicis lectiones inveniuntur omnes, praeter unam 59, 7 R. cum Nilo communem! Quibuscum conferas velim ea quae ipse de Nili exemplo sub alterum dimidium recentiore ob-

servavi p. XXV et quae in commentario Va observata cum Keilii simili in Anonymum 7 W. observatione contuli praef. p. XXXII. Syriani de priore *statuum* dimidio expositione 75⁰/₁₀ totius opusculi occupantur. Interpretatio singulorum lemmatum e solo prooemio et capite *de methodo* conservata est. In trium interpretum commentario sex e decem omnibus posteriores *status* 110 pro 808 totius tractationis paginis Walzianis continentur; etiam hic sub finem alieni fontes advocantur. Nimirum ipse Hermogenes se accuratius coniecturam tradere excusat et tres priores *status* duplo auctius quam septem sequentes expedit; verum id ratione tractandi, non lassitudine explicatur. Unus solus interpretum invenitur pari cura omnes *status* prosecutus: Sopater; cf. eius *Quaestionum divisionem* 8 W., ubi antilepsis incipit p. 126, opus totum autem absolvitur p. 385, i. e. coniectura et finitio solummodo tertiam voluminis complent partem.

Effici videtur antiquius negligentiusque *statuum* exemplum distinctius translucere in dimidio minus ab interpretibus trito; scilicet usu usque ad nostra tempora in scholis proprio vexabantur initia auctorum, vere nascente minuebatur industria cum magistrorum tum praecipue discipulorum. Ubi textus negligitur, ibi priscum Ph exemplum dominari docui in inquisitione in textum scripti *de vi oratoria* facta; quae inquisitio prelis ut committatur, commodiora tempora patienter expectabit. Diminutae ca reliquos *status* industriae occurrisse videtur Nilus (qui a 36, 6 R. incipit, i. e. a *methodo*) et recentius adhibuisse in altero dimidio exemplum; nam extra scholas exstitisse exempla pari studio et aequae assiduis vigiliis usque ad finem *statuum* curata efficitur e mea textus constitutione in qua eadem prorsus codicum partes ab initio ad finem manent tot codicum auxiliis custoditae; propterea etiam ab hoc nostro textu Anonymi Vδ textus adeo per totum opusculum aequae differt. Anonymus 7 W. autem qui minus lectionem quam argumentum curabat, sub finem ob indigentiam rei auctus est variis excerptis, inter quae e Georgio, qui a coniectura demum incipit.

Scrutemur nunc locos quibus Ph et Vδk soli deprehenduntur. Patet idem significantium paria (46, 17-18 R. ὅμοια; 79, 3 R. ποίαν pro τίνα), temporum mutationes (71, 11 R. κωλύεται pro κενώλυται; 88, 16-17 R. κενωλυμένον pro κωλυόμενον), verborum collocationes varias (58, 8 R. πεφρονευμένος ὁ ἀνὴρ; 68, 23 R. κρίνεις με; 79, 5 R. ὑπάρχουσα ἡμῖν, ubi ἡμῖν add. Ph Vδk; 86, 13 R. πάλιν p. τι; 87, 14-15 R. κόρας p. τις), ὅταν c. opt. (90, 12 R.), addita et ommissa quae addi et omitti possunt (79, 5; 91, 9 R. ὁ νομοθέτης subiectum in exemplo) esse vulgatae; quaedam potuerunt

etiam undecimo saeculo esse novata in vulgata; locis autem varie tentatis in pluribus iisque vetustioribus codicibus aut ubi aliter alii codices, novi quidquam minus suspicer. 66, 6 R. ἄρρητα Py codex eiusque comites Vb Vg Pqu, ἀπόρρητα Ph Vδk soli: in antiqua interpolatione. 64, 12 R. ἔτι om. Ph Vδk, supra m. ead. Pq; ἔτι ὄντα om. Vc Ba Ps. 90, 9 R. ἀντιλήψει Ph Vδk Vg, m. po. Vc; omissam fuisse ab Hermogene testantur Sop. 5 W. et Anon. 7 W: itaque iam post Sopatrum 5 W. et Anonymum 7 W. suppleta est in Ph exemplo.

Ita transitio paratur ad eos locos, ubi plures iam codices huic miro coniugio adsunt. 86, 18 R. ἀλλ' Ph Nil. Vb Pg Vδ (cf. 59, 2 R. ἡ αἰ Ph Pg Vδ). 81, 18 R. ὡς ἔτι Vδk Pk, in textu Ph; cf. 45, 16 R. Ph Vδ Pk. Unde Pk in hanc societatem veniat, efficitur ex 68, 14 R. ὁ Φίλιππος Ph Ac Vδk Pk et 69, 2 R. ἡ pro καὶ Ph Ba Vδk Pk. Ac codex praeterea bis 76, 22 R. ποτέρῳ pro πρότερον; 40, 10 R. om. τι; semperque solus e **V** familia Ph Vδ(k) codicum societati intervenit. Ba codex autem semel solus e **V** familia (91, 3-4 R. ἀπὸ τὴν p. alt. τις), quater cum Vc (51, 18 R. ἀναστρέφειν; 54, 6 R. ἐφωράθη; 56, 1-2 R. ἀπὸ τοῖς; 85, 6 R. δῆπουθεν ὁ νόμος); semel tantum tota **V** familia adest 52, 21—53, 1 R. καὶ ἔνδοξον. Perspicitur totam **V** familiam vix in hac vulgata intervenire, eius propiorem esse Vc Ba codicum societatem, quam Ac codicem, neque hunc codicem aut Vc aut Ba codicis societatem inire in hac vulgata.

Paene abest **P** familia. 91, 5 R. δέ· γέγονε γὰρ... Ph Pb Vδk, mg Ac: in interpolatione cum **P** communi Pb a partibus Ph memoriae stat.

Vetustiorum praeterea Pg (59, 2 R. ἡ αἰ Ph Pg Vδ), PGLa (38, 16 R. ἀν; 67, 3 R. εἶτα; 91, 3-4 R. ἀπὸ τὴν p. alt. τις Ba Vb inter alios) intercedunt. E tanta vetustiorum inter Ph et Anonymum Vδ penuria elucet iam longius a vulgata discessisse saeculo undecimo codices grammaticorum, tum vero etiam nostrum Ph codicem multum descivisse ab exemplo primorum interpretum, imprimis in priore *statuum* dimidio quod assidue in scholis vexabatur: ideo illud prius dimidium tamquam totius opusculi recentius exemplum factum est, praecipue pars quae est *de methodo* et *de coniectura*.

Una cum Py codice vel solo (31, 5 R. om. καὶ τοῦτο; 65, 10 R. om. δὲ) apparet Vδ fere sine Vk codice; Vδk novies, plerumque Vg aut Pqu codicibus sociis. Quod evenisse existimo e Sopatri Py vulgatam amplexi iam apud Nilum conspicua auctoritate. Doxapatri aetate Sopatri scripta etiamtum aut tum demum legebantur (Gloekner *RE* III A 1002-6). Quod ea quoque re confirmatur quod plures

codices recentiores qui Phy familiae esse constanter evincuntur, cum Vδ(k) saepius contra eum faciunt i. e. multo iam dilutam exhibent Phy familiam. 76, 11 R. μετὰ τὰ ἐν Πύλῳ Sop. 5 Vδ Pr; 79, 10 R. οὗτος pro οὔτοι Vδ Pr; 38, 2 R. πράγματος om. Marc. Vδ Pq; 68, 2 R. τοῖς τὰ Vb Vδk Pfwsv; 82, 2 R. ἐπίσης Vδk Pq; 49, 19 R. ἀθάπτους La Vδ Pqsuv^θ; 92, 6 R. δὲ p. ἄλλα om. Vb Vδ Pquλ; 87, 8 R. δὲ Vb Vδ Ps; 89, 4 R. οὐκ ἀνείλε δὲ παντάπασι Vb Vδk Pu; 91, 2 R. χρυσία p. εἰ Vδk Ve Ps; 91, 4 R. φησι p. pr. εἶναι Vδk Vg Pqs; 91, 5 R. προβολή δὲ Vb Vδ Pu; 92, 9 R. γε om. sch. Va Vδ Pr.

Ante Anonymum Vδ iam Vb codex (37, 11 R. προσεθῆ Ph **P** Vb Vδ; 51, 18 R. ἀναστρέφειν Ph Vc Ba Vb Vδk; 86, 18 R. ἀλλ' Anon. [Nil.] Ph Pg Vb Vδ; 90, 4 R. διαιρεῖται μὲν Pγ Ph Ac Vb Vδ Pdlrsu; 91, 4 R. φησιν p. αὐτήν Ph Vc Ac Vγ Vδk; 91, 8 R. ἐπ' Anon. 7 W. Ph **V** PgLā Vb Vγ Vδk; 91, 15 R. δημοσίων om. Ph Vδk Pr) Ph codicis; (68, 12 R. ἐπειδὴ Pγ **V** PgLā Vb Vγ Vδk; 87, 8 R. ἄτερος Pγ PgLā Vδ Vdel Pdlnwμ; 87, 10 R. ποῖον Pγ **V** PgLā Vb Vγ Vδk; 87, 20 R. πατρός ἐστιν Anon. 7 W. Pγ **V** PgLā Vδk) Py codicis; 89, 4 R. οὐκ ἀνείλε(ν) δὲ παντάπασι(ν) Phy Vc Vb Vδk Pu: contaminatae Phy familiae praetulit lectiones.

Anonymi Vδ textum ortum fuisse censeo aetate Doxapatris; id quoque moneo, in Vδ codice m. 1 perscribi ex initio solum lemmata, reliqua postea adiecta, maximam partem in margine, inveniri: sed aliud fuisse adiectorum exemplum nulla re adactus sum ut suspicarer. Nisi Vγ codicis textum, id quod nolim, Georgio tribueris, primus hic deprehenditur interpres integro (i. e. non in lemmata scisso) textu instructus. His duobus codicibus (Vγ et Vδ dico) continuatur memoria rhetorica, cuius agmen Py codex aperit.

Solus Vc codex cum solo Anonymo Vδ convenit 40, 11-12 R. εἰ p. οἶον, ubi agitur de collocatione verborum iam in Phy coniugio varia. 89, 1 R. θέλωσιν Vc Vδ proxime accedit ad θέλουσιν (evidenter mendo scribae: post ἄν) Ph. Locum 58, 7 R. ὁ οἰκέτης om. Anon. 7 W. Vc Ba Vδk Vn Ps mitto ut quo Anonymus Vδ codicum Vc et Ba societati in vetusta Phy familiae varia lectione (in exemplo varie suppletur collocaturque subiectum) Nilum et Anonymum 7 W. addictos sequatur. Idem colligitur e locis 39, 17 R. τι om. Py Sop. 5 W. Pγ Vc Pc Vb Vδ; 33, 4 R. λαβεῖν Vc **P**, mg Vδ, εὔρειν Phy Marc. Ba Ac PgLā Vb (cf. 57, 4 R. εῦρων — καταλαβῶν, ubi καταλαβῶν est scholion).

Solus Anonymus Vδ lectionem Ba codicis exhibet 39, 21 R. οὗτως pro ἐκ τούτων una cum PgLā, quos codices p. XXV dixi Nili vestigia assidue premere. Cum Ac codice Ba codex collocationem verborum ita etiam apud Anonymum Vδ mutatam tradit 40, 17 R. εἰς ταῦτόν p. συν-

ἀγοντος; quam etiam Vb codex exhibet in suppletis m. ead.; Pg consentit, La aliam verborum collocationem praebet. 47, 18 R. μετεώρου τῆς δίκης οὔσης, quam interpolationem Syrianus R. exhibet, Ba Ac PgLa Vγ Vδ complures tradunt; in vulgata trium interpretum (Py Vb) posteriore manu haec adiecta leguntur. 58, 7 R. Ba cum Vc codice omitit in exemplo (ubi saepe subiecta subaudiri docent exempla Hermogenea) subiectum ὁ οἰκέτης; eiusdem vulgatae sunt Nilus et Anonymus 7 W., tum Anonymus Vδ.

Ac solus cum Vδ solo ter: 45, 10 R. δεῖν pro δεῖ vitium ortum e compendio minusculae; si hoc ita est, sero demum atque denuo post Nilum compilatam esse vetustiore Phy **V** (Ac) vulgatam a Doxapatre (e Sopatro?) aperitur. 47, 14 R. κοινὰ non omittendum om. Ac et Vδ soli. 56, 6 R. ἐπανηρότες pro ἐπανήκοντες, sim. V. T. N. T. Pap. C. I. G. Aeg. I s. p. Chr.: hic antiqua variae lectionis aetas conspicua est. Vetustatem variae lectionis Ac Vδ locus 56, 25 R. quoque testatur: τ om. Nil. et Anon. 7 W. (Vn Pl; de Pl codicis rationibus cum Phy familia mutuis cf. sch. Va 107 p. praef. XIII). 44, 6 R. (om. ὅτι) accedunt (Vde) Pdlq. Clarior cum Ph familia necessitudo evadit 48, 21 R. πότερον pro ποτέρω (Py Vb·Pkqu). Mutata verborum collocatio 31, 8-9 R. ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα Ac Pa plures. Itaque apparet, ut iam apud Syrianum Marcellinum Anonymum 7 W., vulgatae cum Phy familia connexae quaedam ad **P** familiam vergens furca. Haec Pyh-**V** memoria fortasse Alexandrinae est originis; Nilo praesto fuisse videtur (cf. sch. Va praef. VII).

Itaque Ac codex videtur eius novae vulgatae reddere plenam imaginem; 44, 6 R. Ac Vδ Vde Pdlq; 56, 25 R. Nil. Anon. Ac Vδk Vn Pl. Ac codex cum Vc codice solo in textu Anonymi Vδ bis et solum ibi prodit, ubi Ph aut Phy accedunt; 35, 9. 91, 4 R.; sine autem Phy familia non nisi Ba codice accedente, ita ut simul tota **V** familia compareat. Qua re indicatur Ac et Vc Ba duas simili modo inter se diversas **V** familiae species efficere, ut in Phy familia sunt Ph et Py codices, in **P** familia Pc et Pa. Si causam eius dichotomiae quaerimus, statim patet: in unaquaque classe vetustior et recentior vulgata prodit; vetustior videtur esse trium interpretum, recentior a Georgio, Nilo, Anonymis 7 W. et Vδ originem ducere. Ph Vc Pc vetustioris sunt, Py Ac Pa recentioris. Ut Pb autem inter Pc et Pa, Vb inter Ph et Py, ita fortasse Ba inter Vc et Ac interest.

V familiam cum Vδ congruam, ubi Phy codices discedunt (sed 49, 1. 90, 6 R. Vb), PgLa codices plerumque ornant; quos ideo longius a Phy codicibus recedere ne putemus, obstat quod etiam

ambarum Phy **V** familiarum foederi adesse solent. Sed etiam sine ulla e tribus familiis Anonymo Vδ assentiuntur: 66, 16. 85, 18. 91, 10 R.; quorum codicum comitatus minor nulla constantia componitur. Summum rei criticae tumultum revocata Ph memoriae recentioris auctoritate ortum esse priore aevi dimidio perspicitur; quem tumultum Planudes demum inhibuit Py memoriae cum **P** memoria coniunctae vi restituta.

Nunc **P** familiae vices in Anonymi Vδ exemplo conspicuas extricabimus. Pc raro (29, 12. 36, 2. 39, 17. 48, 14. 81, 7 R.), plerumque cum Phy familia, numquam cum plena **V** familia prodit. Iam illico paret non esse **P** familiam e **V** aut e Phy, media **V** familia, deducendam, sed e sola Phy familia, ut etiam **V** familia ab eadem Phy familia descendit: sed **P** familia longius distat. Cum **V** familiae autem solum vetustiore memoria **P** familia connectitur, eiusque vetustioris memoriae aetate videtur e Phy familiae exemplis **P** familia originem cepisse, tum Ac vulgata orta iterum Pa vulgatae factum esse initium semper Py codicis antiqua auctoritate conservata. 29, 12 R. δύνασθαι est vulgatae vetustioris, Syriano notae, fortasse ab ipso emendatae. Pc cum Ph facit, e contrario Py Vc sunt, sed supra exhibent emendationem. Simili modo 81, 7 R. Phy familiae varia lectio (om. μοι), quam Py supra m. po. supplet, traxit Pc et Vδ codices in Ph codicis partes. 39, 17 R. τ om. cum Sopatro 5 W. et Georgio ramus Py, tum Vc Pc Vδ, contra Ph Ba Ac Pa: interpretum textus est, qui Pc codici subest. 63, 17 R. vetus Phy familiae v. l. τὸ κλέπτῃν ad Ph codicis partes traxit Pc Vδ codices; claram emendationem (κλέπτῃ, om. τὸ) profert **V** familia; κλέπτῃς (e κλέπτῃ) scriptum minuscula vitiose fuisse in Py exemplo videtur. 84, 8 R. in textu Pa codex secutus est in τῇ (ἐν τῷ ῥητῷ καὶ τῇ διανοίᾳ) articulo omittendo codices Phy Vb Vδk Pqu, quae v. l. admodum frequens est in codicibus Anonymi 7 W. et prorsus est vetustioris vulgatae. Sopater bis 5, 202, 16 W. et 205, 6 W. ad utrumque adhibet articulum, Anon. 7, 646, 3-4 W. et Planudes 5, 360, 13-4 W. ad neutrum.

Itaque **P** vulgata non intercedente plena **V** familia e Phy vulgata est orta. Immo paret tamquam oppositas sibi esse **P** et **V** familias in Phy exemplo adhibendo iuvante vetusta ipsius Phy memoriae divisione.

Nunc videamus, quid efficiatur e Pa codicis cum Anonymo Vδ consensu. Qui consensus contra Py Pc codices adstipulatur 41, 18 R. (δεῖν exh.) Syriani R. et Ph **V** PgLa Vb plurimorum codicum societati; qua societate lectio φησι δεῖν commendatur. 65, 18 R. fere eorun-

dem (Ph **V** PgLa Pb Vδk plurium) catenae eadem in Pa manus supra assentitur in singulari numero praeferendo. 54, 21 R. item supra m. ead. Pa cum Sopatro 4 W., Marcellino Py Ba La Vab Vγ Vδ plerisque recentiorum congruit in δè lectione praeferenda δαί lectioni, quam amplexi sunt Vc Pc Ac codices ipseque in textu Pa; δè videtur legisse Georgius. Sopatri 4 W. vulgatam probabile est sprevisse insolentius vocabulum Platonicum δαί, quod apud Platonem falsam esse lectionem pro δè autumant Liddell-Scott-Jones.

35, 7 R. καὶ sociat. om. Ph Pa, mg Vδ, Vghβ Pbdlnvερ, er. Vb, quae est frequentior v. l. vulgatae elegantioris. Item 45, 18-19 R. οὐκείοντα ἀποὺ Pa haud recte cum ambobus Phy **V** familiis (PgLa Vab Vδ plerique) contra Pc Pk (-οίς), Vl, m. po. Po (-ῶ), Pl (om.); qua varia lectione probatur plures in pronomine offensusse.

Variam verborum collocationem Pa codici cum Ac, mg Vδ (sim. Py) pluribusque recentiorum codicum communem contra Syriani R. et Ph Pc Vc Ba codicum consensum 31, 8-9 R. (τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα) etiam recentiori vulgatae tribuo.

Ubi ambae familiae deficiunt, Va Pb Vhms Pno una cum Pa Vδ recentiorem vulgatam praebent (29, 19 R. ὅμοια pro τοιαῦτα). 50, 17 R. (ἡδῆ om. Pa Va Pb Vδ Vhmsuβ Penovε); quae lectiones videntur eiusdem vulgatae, de cuius cum Phy familia cognatione egi sch. Va praef. XIV—XV. Uno solo loco 91, 5 R. Pb etiam sine Va invenio Ph codicis lectionem amplexum; quod eadem Ac codicis margini adiecta est, eam utriusque vulgatae (**V** vulg. et **P** vulg.) recentiori notam fuisse contendo. Totum hoc interpolamentum uno verbo δημόσια auctum prodit apud **P** et Va codices; sed Pa codex ex „aliis“ affert lectionem genuinam in margine. Ea re probatur Pb codicem non esse e Pc et Pa codicibus contaminatum sed ad vetustioris vulgatae redire exemplum. Quonam interprete haec vulgata prodierit, infra agam.

Etiam Pa codice adverso quaedam vulgatae varietas recentior evadit (43, 2 R. μὲν secundo, non tertio loco) in Va Vδ Pb Vs codicibus. Ubique Va codicis praesentia communis vulgata recentior in **P** familia indicatur. 39, 6 R. ἐὰν pro ἄν Py Va Vδ Vfg Pquλ; 40, 1 R. post κηρύγματα interpunxerunt Nil. Va Vδ Vtu Prλ; 92, 4 R. τὸ om. Ph Anon. 7 W. **V** Vγ, in textu Pa, Vab Vδk plurimi; 84, 7 R. ἰσάζον Ph Vc Ba Va Vδk Vfiks Ptκ, supra **P** Vh; tum etiam sch. Va (83, 12 R. γε om. Py Vδ; 92, 9 R. γε om. Vδ Pr) eius recentioris vulgatae **P** familiae ramo insitum surculum exhibent.

P codices cum Ph **V** PgLa Vδ, tum recentiorum plerisque codicibus consentire 44, 17 R. χρωμένω ἀτῶ nihil mirum in verborum

collocatione in codicibus Py Vb Vgn Pu diversa; hic quoque (cf. 45, 18-19 R.) unus solus Pl codex *αὐτός* pronomen in varios casus numerosque declinatum omisit.

Illum recentissimum interpretem, qui usus sit exemplo vulgatae vix abhinc retractationes subiturae, Planudam dico, nunc perscrutemur. Pn, codex et scholia, Anonymum Vδ quadam cum constantia sequuntur; cf. 49, 5 R. δὲ om. Vδ Pn; 55, 19 R. idem lemma sch. Vδ sch. Pn; 90, 15 R. τοῦτο Anon. 7 W. Vδ Pn. Eosdem Planudae obsequium tulisse deprehendimus 32, 8 R. -ν q. v. ἐφελξ. ante cons. Phy Plan. Pn; 47, 10 R. idem lemma Plan. sch. Pn; 53, 15 R. τινες post δέ Py Ba P Vab complures, inter quos omnes Parisini Planudam continentes, sch. Pn (idem lemma). Pmnveθ codicibus Planudam tradi monui sch. Va praef. XIV. Itaque concedendum est exstitisse exemplum vulgatae Planudeae, quod praesto fuerit eis qui hoc extremo interprete uterentur.

Soli V familiae numquam, P familiae sexies, bis (28, 13 R. σχεδὸν post αὐτός Plan. P Va, etiam lemma Marc. et Anon. 7 [Pn]; 47, 9 R. ἀξάνεται lemma Plan. sch. Pn P) inter familias soli assentitur. Differentias a textu Rabiano secundum P memoriam constituto prodit exiguas. Qua re demonstratur recentissimam vulgatam textu Rabiano praeberi; qui cum sit emendatissimus, confiteamur necesse est e grammaticorum manibus nos *statuum* textum excepisse; a grammaticis enim detrusi sunt rhetores, postquam argumenti cura cessit serius sermonis enodationi; quae sors est omnis fere scholasticae doctrinae, ut a rebus declinet in vocabula. Simul saeculo decimo ita iam fuisse cultas litteras cognovimus ut eius philologia viam fere praemuniverit nostrae. Quid enim sunt nostri vetustissimi codices, nisi litterarum sub saeculum decimum renatarum fruges maturae?

Scholia Va saepius nuncupavi. Nunc de exemplo Anonymi Va paucis agam. Idem est atque Planudae exemplum. Py (Vb Plr) codicis lectiones crebrae sunt; numquam e duobus Phy familiae ramis solius Ph codicis lectio invenitur. Sola V familia occurrit numquam: nam 75, 21 R. ταυτὶ Vb adest. Solus, i. e. Phy familiae auctoritate non fultus prodit Ac codex: 66, 7 R. δὴ οὖν lemma sch. Va Ac Pg Pd; 81, 8-9 R. ὅτε ἀνήρητο παραδεδομένος sch. Va Ac Vδ, mg γρ. Pc; 54, 20 R. ἡ om. sch. Va Ac P; 82, 1 R. ἡ οὐ sch. Va Ac Pc Pp; 75, 17 R. ὕπνον pro θυμὸν sch. Va Phy Pγ Ac Pa, m. 1 Pc. Scholia Va congruunt cum hoc exemplo Planudae etiam in Anonymum 7 W. inducto: 71, 15 R. ἔσαι cum Pa Vδ Anonymi 7 W. et 71, 15 R. ἄλλα εἶδη cum Pa Vu Anonymi 7 W. codicibus. Prodit iterum recentissima vulgata Py Ac Pa,

Planudae propria. Eaedem partes Vδk Anonymi: 32, 2 R. ὅσα ἔλωσ sch. Va Vk; 40, 17-18 R. ἄγραφον τῷ ἐγγράφῳ Syr. R. (Sop. 4 W.) Vδ sch. Va Plan.; 67, 22 R. idem lemma sch. Va et Vδ; 83, 12 R. γε om. Py sch. Va Anon. 7 W. (Pc). Vδ; 92, 9 R. γε om. sch. Va Vδ Pr; 80, 4 R. τοῦ κωρωθῆναι post ἡμερῶν sch. Va Vδk Vg Pq. Eaedem Pn codicis: 69, 2 R. δῆ om. sch. Va Pn; 29, 7-8 R. idem lemma Syr. R. sch. Va sch. Pn. Pfw codicum: 35, 20 R. ἡ καὶ συμβεβηκὸς om. sch. Va Pfw Pl; 68, 20 R. ἐστὶν ὡς sch. Va Pg Vγ Vfg Pfw Pdt. Plures lectiones inter Anonymum Vδ et Anonymum Va communes, cum uterque tam diverso usus sit exemplo, explicantur, ut iam apud Planudam, e Py vulgata. Numquam cum apud Planudam, tum apud Anonymum Va, prodit Anonymus Vδ una cum P familia.

Ph codicis memoria Py memoriae apud Nilum Anonymum 7 W. Anonymum Vδ(k) praelata demonstravi continuum eius Py memoriae filium aliquamdiu intercisisse saeculis fere V—X, tum Ac Pa vulgata rediisse ad Py memoriam. Syrianus R. et Sopater 5 W. ad Ph memoriam e pristina Py declinant. Huius Ph memoriae dominatio V familiae (Alexandrinae, puto) est tribuenda. P memoria ex Asiatica videtur esse orta: post corruptam extinctamque Alexandrinam, cui bis, cum vetustiori Vc Ba, tum recentiori Ac vulgatae aliquantum paruit, rediit ad Py memoriam. Byzantina vocari potest. Ph memoriam Tarsensem, Py Antiochenam vocem?

Hactenus de textu rhetorum. Nunc singulos codices, quibus memoria a grammaticis curata constat, adeamus.

II. De codicum familiis

Ph: PgLa Vg Pkz Ba.

PgLa 30: 130 i. e. tricies in centum triginta locis examinatis.

(Catena codicum compositae sunt a me secundum lectionum communium frequentias. Parisinorum descriptiones sch. Va praef. praestiti, hic solos Vaticanos enarro).

Ubi interpretes deficiunt, exigua videtur fuisse Ph exempli auctoritas. Quamquam enim fere centum triginta loci a me collati sunt, quibus interpretes aut omnino desunt aut diversa sequuntur, iis locis vix tricies PgLa censentur, duodetriches Vg, vicies quinquies Pk, vicies ter Pz, V codicum solus Ba vicies. Ter quidem Vt solus cum Ph solo, sed praeterea vix novies. Quater soli Pfw cum Ph solo, sed usque ad 37, 19 R., postea autem quinquies. PgLa codices demonstrabo

recentiori V^δk vulgatae, quae tanta est in Ph codice assiduitate, adhaerere. His igitur demptis claret Ph exempli vix permansisse vestigia in codicum memoria vel Phy classis. Nec **V** familia hoc exemplum colit. Omnino a vetustioribus alienum est; redit post restitutum tribus interpretibus honorem. Sed ita per singulos codices singulisque locis sparsae sunt Ph exempli lectiones, ut plura saecula intercessisse inter primarium exemplum et longos codicum, qui propiora suarumque classium exempla exprimebant, decursus videantur. **P** codices extra vulgatam vix cum Ph codice censentur (ter quater). Aliud pareret fuisse exemplum plerisque codicibus, cuius cum Ph codice similitudo in longinqua saecula recedat.

Ac: Ph Py PgLa Vb Vde Vγ Pd.

Vu: Ph Py Ps V^δ Vl Pq Pk Pn Pl P^θ Vh Vq PgLa Vb
Vγ Pm Pd Pf.

Ps: Ph Ba Py P^z Pw PgLa Vq Vg Vb Pu Pk Vd Vf Vc
Ve Pf Pd Vl.

Vk: Ph Ba PgLa Vb Vi Vq Pk Ps P^z.

Pk: Ph PgLa Vi Ps P^z Pd Vb Pw Py Pu.

Multo plus abundant codices mixtae Phy memoriae. Proxime ad eam accedunt duo, Vu et Ps. Ps quidem Ph Ba memoriae admixtam habet Phy **V** (Vc) PgLa P^z vulgatam recentissimam. Vu vero a Ps codicis tramite recedit versus Pa vulgatam: propterea PgLa **V** vulgatae vestigia oblitterata sunt. Potuit etiam recentissima Pa Py vulgata, qualis P^θ codice illustratur, admisceri. Quod probabilius videtur, quia si Ph Pa memoria initio exstitisset, vix tertio loco Ps codex prodiret, cum in Ps codice admodum exiguae essent Vu codicis partes. Potius igitur communem, sed in Vu codice interruptam Pa Py vulgatae irruptione admiserim Ph Ba Ps memoriam.

Mixtam quoque in **V** familiae partibus Vc Ba codicum posterioribus, in toto autem Ac codice (quantum ad *statuum* textum pertinet) prodire Phy familiam expertus sum.

Recentissimam (Vi P^z) quoque Phy vulgatam tradi Vq codice patet, sed ita ut non ea adspersa sit recentius, verum ab ipsa ea mixtione antiqua plurium recesserit, PgLa vulgatam autem arctius observet.

Ubi Ph et Py codices aliis codicibus inter se separantur, ut fit in PgLa Vγ Ps Pu Vli codicibus, accipienda videtur recentior Ph et Py codicum compositio. In solis **V**, tum Vuq codicibus ipsi Ph et Py codices contaminatione coniuncti sunt. In PgLa vulgata Py codex

prius **V** et Vb codicum factus est similior, quam cum Ph codice coniunctus est, ipsa autem compositio e Georgio recentiore excepta esse videtur. In Georgio recentiore autem Ph et Py codicum consortium solam **V** familiae mutationem subiit eam, quae in PgLa vulgata transit. Reliqui (Vl) aut e PgLa Ved vulgata, aut e Vq, i. e. eiusdem vulgatae recentissima aetate hanc compositionem collegerunt, ubi Vde vulgata recedit, prodeunt Vf et Georgius recentior. Hanc ob rem Py codex a Ph codice longinquius separatur eique Pz Vli codices non tam Ph codicis auctoritati parent, quam Ph et Py codicum discriminibus recentioribus ideoque opulentioribus receptis vastius inter eos intervallum statuunt, quam in antiqua Phy familia et in **V** PgLa vulgata fuit. Quod semper Ph dux manet, interpreti hoc tribuendum videtur: Georgio.

Ph memoria pura deprehenditur nusquam; verum recentius cum Py vulgata composita ita, ut Ph memoriae auctoritas emicet, occurrit in tribus Vk Pk Vt codicibus: in omnibus intercedente PgLa vulgata, quae in Vt codice fortior est, quam ipsa Ph memoria. Omnibus adsunt Vi Psz codices, quibus recentissima Phy vulgata exprimitur; quae recentius adpersa esse videtur antiquae interpretum memoriae. Hi tres codices sunt **V** (Ba) — PgLa alae, alterius autem solus est Pa codex testis, cui Va vulgata mox Py vulgatae adpersura erat lectiones. Hic nec **V** nec PgLa intercedunt, quamquam Va vulgata futura plurimum pollet: sed ea lectionum pars quae in Va vulgata e Ph Pa memoria defluxit, a **V** (Ba) PgLa vulgata prorsus abhorret. Hi quattuor codices soli praeter interpretes sunt, qui Ph memoriam per ambas familias minores **V** et **P** traducunt easque familias ita scindunt, ut scissa traditur ab initio Phy familia.

Vu codex exhibet contaminatam Phy familiam, in qua Ph codex paulum prominet. Proximus est Ps codex. Etiam aliis comprobatur recentior huius vulgatae origo: Vl Pq Pkn^δ Vh, ubi accedit **P** familiae Va vulgata intercedente vulgata, in qua Pc codex alicuius est momenti. Etiam in **V** familia codex Ba crebrior est, PgLa vulgata minus valet: recesserat, Vg validior evenit. Haec trium familiarum coniunctio videtur quidem recentioribus deberi, sed apud eos redire ad vetustiore vulgata Ba Vc-Pc. E loco 47, 19 R. τὴν ἀναρῆσιν Pc Vu minime efficitur duarum Phy et **P** familiarum lectionem esse communem, nam e locis 38, 6 R. τόδε τι om. Marc. Anon. 7 W. (Pc Pb). **P** Vu et 56, 21 R. ἔστι παρὰ Anon. 7 W. (Pa Pb Vu Vδ) patet inducto Anonymo in **P** familiam eius familiae lectionibus affectum esse serius Anonymum et e contrario tali iam affecto Anonymo 7 W. in

Phy familiae codicem translato ipsum textum *statuum* subisse **P** familiae imperium. Ph-Ba vulgatae lectiones postea etiam in Ps (cf. sch. Va praef. pp XVII et XXII—XXIII) obviae quodam nunc deperdito tramite descenderunt in recentiores. Hac vulgata exstincta subierunt in eius locum Py PgLa **P** vulgatae tres. Nulla harum satis firma fuit, fere omnibus e quinquaginta codicibus Vu codex suffragatur, nulli vehementius, praeter id quod textus ab hoc nostro novello parum differt, i. e. Phy **P** vulgatae inservit: Planudeae. Recentior Georgius (Vγ) semel solus cum solo Vu (69, 2 R. *μῆτολ*) congruit, Anonymus Vδ primum (cum Ph) locum inter codicēs cum Vu codice consonos obtinet. Loco supra allato Anonymus codicis Vu est ex Anonymo Vδ haustus.

In Vk codice Ph PgLa Ps plus quam dimidiam partem omnium locorum obtinent. Est igitur expressum exemplum eius vulgatae quam secutus est interpretes Vδ. Sed moneo esse a me collectas e Vk codice lectiones etiam a codicis Vδ lectionibus diversas. Quid sibi Ba vulgata velit, sch. Va praef. p. XVII exposui. His probatur solum e **V** familia Ba (Vb) codicem fuisse per quem Ph vulgata manaverit. Ante igitur **V** familiam constitutam hanc Phy familiae diversitatem existitisse etiam (praeter interpretum haesitationes) hac re ostenditur quod duo exempla **V** familiae inspicienti praesto fuerunt. **P** familia prorsus ab hac memoria ignoratur, tamquam nondum exstiterit. Tota **V** familia raro consentit.

Py: Vb (141 : 196) Vg Pu Pr Pq.
 Vb: Py Pu Vg Ph Pq Pr Phy PgLa Vδk Pl **V** Vγ.
 Vg: Vb Py Pu Pq Pr Vf Ph Pl Vs Pm.
 Pu: Py Vb Vg Pq Pr Ph Vf Pw.
 Pr: Py Vb Pu Vg Vf Ph Pq Pl.
 Pq: Py Vb Pu Vg Vf Pr Ph Pl Vq Ps Pz Pwf.
 Pl: Py Vb Vg Pu Pw Pq Pr Vf Pf Ph Ps.

Aliquanto maior (196) est numerus locorum quibus Py exemplum extra interpretes apparet, qua re evincitur amplius id ad grammaticam memoriam adpropinquare. Plerumque (141 : 196) cum Vb codice; qui ubi sine Py exemplo prodit, eadem prosapia ornatur (Pu 13 : 24; Vg 11). **P** et **V** familiae vix adsunt (qui frequentius, Ac codex vix 17). Post Vb codicem Vg codex secundas partes tenet (96); Pu (89), Pr (67), priore dimidio (cf. sch. Va praef. XIII) Pl (33), Pq (65). Hac igitur re differt Py exemplum a Ph exemplo, quod in grammatica memoria addictos sibi habet quosdam quasi arctioris suae familiae

socios: imprimis Vb codicem, tum Vg Pu, Pr Pl; etiam ei qui de longinquo sequuntur (Vf 39, Pfw 30, La 23, multo minus saepe Pg 12), eo loco sunt, quo ut qui maxime in Ph codicis sequela. Plura recentius esse nata concedendum in Py memoria, quando Sopatri exemplum, quod Syriani exemplo cesserat, Planuda auctore rediit in vulgatam; qua tandem post Tzetzam extincta mansit et familiam procreavit nullo magistro in propria verba iurare iubente.

Ubi Py in Vb codice deest, **V** familiae codices prodeunt: Vc 8, m. 2 Vc 3, Ac 7, Ba 6, **V** 7 in 31 locis, solummodo bis Pc sine eis, bis cum codice Ac codex Pa. Cum codice Ba bis prodeunt Va Vs; semel Va cum Ac, bis Va Vf sine ullo vetustiorum. Minorum praecellunt Vg (qui raro cum **V** familia, frequentius cum solis minoribus Pqu comparet), Vde Pu Pq Pr Pfw, qui saepius sine vetustiorum patrocinio censentur. Interpretum adsunt: tres, ut videtur, e trium iam coniuncto commentario; Georgius, Nilus, Anonymus, Planudes; Sopater solum cum interpretum quodam (Syriano, Anonymo 7 W.) aut cum codice Py.

Ph sine Py prodit in Vb codice aut una cum interpretibus aut cum **V** familia, sed vix ter idque in quisquiliis (δ' om., -v ante cons.), tum solus cum solo Vb codice consentit. Redire videtur ad aetatem Py exempli sensim in **V** familiam demigrantis, qua aetate prodierunt etiam codices Vg, tum Va La, iam in **V** familiam proniores. Aetas exempli codicis Vb aetatem Planudeam antecedere videtur, ad ea autem tempora referri debet, qua tribus interpretibus admisceri coeptus est Anonymus 7 W., i. e. ante aetatem Anonymi V δ , ubi Anonymo 7 W. iam dominantis adiciuntur tres interpretes. **P** familia ea aetate nondum exstitisse videtur. Eius antiquioris **V** familiae memoriae vestigia supersunt omnino pauca, quia, ut perspectum iam habemus, codicis Ph, non codicis Py, exemplum victoriam in scholis tum obtinuit. Seriore demum aetate: apud Nilum, Anonymum, Planudam Py exemplum latius propagari coeptum est. Patet scholiastarum exemplum contra grammaticorum curas diutius restitisse quam fas erat, quandoque fracta est haec auctoritas, non statim ad emendatum exemplum factus est librariorum concursus, sed ad promotionem vulgatam, quam ea aetate iam obmutescere oportebat. Solus Planudes tamquam in extremis emendatissimam **P** familiae memoriam advocavit. Scholae cuiusdam marcidulae, quae ad renascenda Doxaptris aetate studia rhetorica non duraverit, videtur fuisse exemplum Vb codice traditum.

Codici Py plerumque in codice Vb adsunt codices Vf Vg, Vgk, Vfn, Vfgn, Vgfln, Vfgi Pkqu, Plr. Sed etiam solus Py (est ubi sociis interpretibus) prodit: 66, 11 R. ἐν Py, m. 1 Vb; 67, 9 R. μεταλήψει Py Vb; 71, 4 R. ἀλλήλοις Anon. (Pbn), Py Vb; 72, 14 R. δὲ om. Py Vb Pr; 85, 11 R. σαφῶς om. Sop. et Marc. Py Vb; 87, 6 δ' Py Vb Pqu. Itaque claret profectam esse hanc Py memoriam e pluribus inter se aliquantum diversis exemplis, huius Py memoriae vestigia ante Vb codicis aetatem non apparere. Itaque de Py codice hoc statuendum esse videtur: non solum e diverso, quam quod Ph codice traditur, exemplo fere sub Nili aetatem iamque tribus interpretibus coniunctis ortum, sed etiam serius esse hunc ramum propagatum. Haec Py vulgata recentior prorsus a P familia initio differt. Ad pristinum omnium familiarum exemplum Vb codex vix referendus est. 34, 3 R. p. τις ras. Vc Vb; 36, 4 R. αὐτός m. po. Vc Vb Pd; 65, 13 R. καὶ om. Pγ Pc, supra m. po. Vb; 82, 7 R. τοῦ νομοθέτου p. διανοίας er. Vc Vb videntur esse antiquioris (iam V familia nascente) vulgatae. Adnumerandus est igitur Vb codex fontibus memoriae secundariis.

Quaeritur sintne quaedam inter Vb et recentiores Py memoriae codices communia ei memoriae deneganda et pro recentius natis emendationibus habenda, certe eius Py rami, sed non ex antiquiore vulgata deducenda. 40, 2-3 R. γίγνεσθαι p. συμβαίνει Vb Vnq. Verborum collocatio mutata est in exemplo Py fortasse demum aetate Vb codicis.

67, 7 R. πεποιήκεν Vb Pu; 68, 15-17 R. νεκρός — αἰχμαλώτους Vb Pu. Hae duae lectiones videntur ad recentiorem (separatae iam V familiae; 66, 9 R. ἀδικῆ Ac Vb Pu) Py memoriam redire, cf. 63, 21 R. συλλαβῶν Py Vb Pu; 87, 6 R. δ' Py Vb Pu. Codex Pr aut accedit (32, 16 R. ἀλλήλους p. ἐξίόντας Py Vb Pru; 80, 4-5 R. ἀντιλέγειν p. ἡμερῶν Anon. Py Vb Pru; 81, 1 R. δ' αὖ Py Vb Vδ Pru) aut codicis Py vices gerit: 73, 7 R. αἶ om. Vb Pru; cf. 90, 3 R. τις μοιχὸς Py Vb Pru. Eis additur codex Pu: 82, 12 R. πολιορκίας οὐσης Py Vb Vg Pru; qui etiam codice Pr dissentiente manet: 77, 20 R. δὲ, om. αὖ Sop. 5 W. Py Vb Vg Pu; 85, 3 R. ἐπέμεινε... καὶ κωλύεται Py Vb Vg Pu. Codice Py deficiente (90, 12 R. ὡς αὐτως p. ὑπόφυγρον Vb Vg Pu) codicis Vb aetati tribuenda videtur haec verborum collocatio mutata. Accedit Pq: 78, 1 W. ὡς ὅτι Sop. 5 W. Py Vb Vg Pqu, (congruente etiam codice Pr: 67, 2 R. οὐδεὶς p. 2-3 νόμοι Py Vb Vg Pqru), tum deficiente codice Vg: 65, 4-5 R. εἴργεται Py Vb Pqu, τοῦ supra m. po. Pr; 67, 3 R. ἐγχωρεῖ Marc. Anon. Py Vb Pqu. Aut etiam Py codice abhorrente: 90, 6 R. προβολῆς etiam p. ἐτέρας Vb Pqu. Hic quidem demonstratur, praesertim ubi inter-

pretes praeunt, non solum non codicis Py aetate posteriora, sed prorsus antiqua hoc recentiore Py memoriae ramo tradi. Itaque exemplum huius Py memoriae, quae codice Py exprimitur, multo amplius ad codicem Pu (sch. Va praef. p. XVIII), quam ad codices Vg Pl Pr accedit.

Pg codex plerumque cum La codice coniungitur (Pg 35:La 50). Aliquot codices, quibuscum solis soli cohaerent, communes habent (Pg Pfw 86, 17; La Pfw 84, 21; La Pfw 68, 11; Pg Pr 49, 3; La Pr 55, 17). PgLa codicum societati saepius (17:50) Pz codex suffragatur; item soli Pg codici (8:18), soli La codici vix semel (1:15). Vde et Vi codices quoque hoc foedus non vitant (11:50); reliqui summa varietate sequuntur fugiunt. Codices qui numquam hic comparent, sunt: Vahr Pbp, quae est pars codicum **P** familiae. Propter Vde codices et quod PgLa codices in **V** familiae comitatu sunt diligentissimi, ei familiae PgLa codices sunt tribuendi. Quod Pz codex hoc foedus adamavisse videtur, Ac codicis exemplo cuidam arctius quam noster Ac cum Ph (-Py:Pr) coniungendo PgLa codices tribuendi videntur (cf. sch. Va praef. VII-VIII).

Nili aetate hanc in Ph exemplum inductam esse **V** familiae vulgatam conieci supra.

V codicum familiae parum locuples esset clientela, nisi intercessisset PgLa vulgata.

V familia coniuncta prodit quarto loco in PgLa vulgata post Georgium recentiore et codices Ph Vb.

Postquam orta est PgLa vulgata, **V** consensus neglectus est, novae prodierunt lectionum varietates.

PgLa vulgata hasce vices experta est. Aut in Vde vulgatam (Vde Pd Vlqi Pf) aut in Py vulgatam (Vbfu Vt Pk) transiit, aut al-

teram solum eius vulgatae partem amplexa est: P α (Vd), Vw (Ve; hic etiam Pg a La longo intervallo separatur).

PgLa Vde vulgata in Vc Ba consensu non censetur, sed exstat in Ac et **V**; quod documentum est eius recentioris originis. Nec in **V** vulgata, nedum in **P** consortio reperitur, ut quae soli PgLa vulgatae sit insita. Simul patet Vde vulgatam ex ea PgLa vulgata progenitam esse, quae Ac et **V** vulgatis nisa sit. Ac etiam in serie codicum ap. utrumque Vde vulgatae codicem potiorum censetur, ubi e Ph memoria descendere eam conspicimus. Vetustior potest igitur appellari; idem accidit in Vil codicibus. Vq codex, qui Phy consortium in extrema acie exhibet, in Vde vulgata quidem numeratur, sed post PgLa vulgatam statim exhibet Vf codicem, qui Py PgLa vulgatae adhaeret, cui Vde vulgata se non adiunxit. Idem Vq codex duobus primis locis qui PgLa vulgatam antecedunt, Vi P α codices praestat, qui ambo Ph memoriae plus tribuunt quam Py memoriae. Tum V γ codex venit; cui illico submittitur Ps, Ph memoriae testis singularis. Post Vde reperiuntur Vi Pk; hic primo loco exhibet Ph, paenultimo Py codicem; ille utique Ph lectiones frequentius arripit quam Py codicis. Itaque recentiori Phy PgLa vulgatae, quae iam contaminata Phy familia utitur, Vq codex adnumerandus est. Pf codex ante PgLa vulgatam Ph Py Vb codices collocat, ultra Vq codicem progressus. Eisdem igitur vices in PgLa Vde vulgata animadvertimus atque in Va vulgata, propterea quod similia exempla in utramque venerunt. Qua re denuo probatur Va vulgatam non recta via (ex Asia Byzantium) venisse.

Pd codex recentissimae est PgLa Vde vulgatae, in qua ex solis recentioribus absentia Phy et **V** antistitum numina cognoscuntur. In hac serie Ps codex illico post PgLa vulgatam reperitur. Pd et Vi codices inverso ordine Ved codices primo loco tradunt, quia Ve codex inter PgLa vulgatam et Ps codicem Vli codices collocat, Pd codex autem item Vi codicem post PgLa vulgatam habet.

PgLa vulgata, antequam in Vde vulgatam abiret, a Py vulgata arrepta est (ut etiam in Va vulgatam eadem aetate deflexisse eam cognovimus). Vb et Vf codices enim, qui ambo primo loco Py codicem ostendunt, Vu codex, qui eodem Phy Ps habet, Pk codex, qui Ph codicem, Vt codex, qui, ut V γ codex, post PgLa vulgatam tertio loco Ph codicem dat; hi omnes sine Vde codicum comitatu prodeunt; hi vetustioremem utriusque memoriae PgLa vulgatam exceperunt abruptam et apud recentiores propagatam. Omnino, ubi anti-

stites praecedunt, PgLa vulgata non intercessit: haec enim est, quae eorum memoriam promovit et recentiore ornatu induit.

Nusquam PgLa vulgata desideratur, ubi Vde prodeunt. Bis (Pd Vl), ut dixi, Ve codex praecedit Vd codicem, semel (Vw) ita, ut aliquot codices inter eum et Vd codicem intersint, semel (P \times) simili modo Vd codex Ve codicem antecedit: adeo inter se cohaerent, adeo e PgLa vulgata pendent: semel (Vw) scissâ vulgatâ scinduntur et ipsi.

Ubi PgLa codices consentiunt (260:100), id fit sub Ph codicis auspiciis, qui centum fere locis ei copulationi patrocinator. Aliquanto frequentior est V γ codex (115), tum Vb (90) sequitur. Eadem fere frequentia **V** codices (85) et Py codex (81) sunt insignes. In **V** familia Vc codex (27) a codicibus Ac (49) et Ba (44, semel solus cum PgLa solis) superatur. Amplius V γ quam Ph, itemque Vb **V** quam Py, in PgLa codicum consortio valent, quod signo est recentiore esse huius Phy memoriae aetatem ipsamque Phy familiae constitutionem non esse vetustiore. Interpretum post Georgium recentiore Nilus et Anonymus 7W. praecipui sunt nullaque trium interpretum lectio nisi per hos aut per Phy vulgatam in PgLa consortium pervenit. Recentiores codices e longinquo ei consortio favent. Eorum primus est Vd codex, quem vulgatae legentium inservire demonstrabo. Sequuntur P \times et Vq codices, tum Vl et Vi, qui omnes quattuor recentiore eiusdem vulgatae aetatem exhibent. In extrema fere acie V δ k prodeunt.

La codex ubi sine Pg codice adest, utitur exemplo e Py memoria recentiore profecto, quod Vc Ba codicum ap. La copulatione probatur; unus solus locus, quo Ba sine Vc prodit, e Py memoria fluxit. Sed **V** familiae codices admodum raro La codici, ubi is sine Pg codice prodit, adstipulantur. Itaque hoc inter Pg et La codices interest, quod Pg codex (cum Ba) Ph memoriam, La codex (cum Vg) Py memoriam sequitur. In PgLa codicibus apparet vetus memoriae in Ph et Py divisio, quae etiam in **V** familia conservatur. Nullo modo autem PgLa codices cum **V** familia coniungendi sunt.

La codex ubi Pg codicis suffragiis privatur, recentiorum, si quid in tam vago codicum assensu video, adtrahit Py vulgatae signiferos; quae vulgata recentior contaminatam Phy familiam exhibet. Propterea vix ullum codicem habet peculiarem in modum sibi addictum.

Alia hic exstat Phy familiae contaminatio atque in Pg codice apparet. Nempe hic Py memoria praevalere videtur. Quamquam igitur magna necessitudo inter Pg et La codices intercedere videtur,

tamen variis consiliis ambos esse ortos patet; non solum propterea quod Ph et Py codicum diversitas in eis persistit, sed etiam quoniam varii uterque consilii est in eorum codicum contaminatione perpetranda. Haec codicum Phy diversitas e vetustiore fonte manavisse videtur, quia cum Vc et Ba codicum diversitate coniuncta est.

Pw codex propius ad Pg, Pf ad La accedit. Itaque Pf et Pw codicum differentia PgLa codicum differentiae respondet atque e Vc Ba codicum diversis memoriis pendet. Aliquanto debilior est La codex, quam Pg codex, in codicum suffragiis sibi conciliandis, artificiosa, ut videtur, et sui consilii usus Phy familiae contaminatione.

Sopatri lectiones cum Py memoria in La codicem descenderunt.

In Vd codice PgLa vulgata omni alia codicum coniunctione est frequentior. Ex ea PgLa vulgata Py codex inductus est qui vix est alius atque Py-Vb (45, 22 R. οἶον τί θούς om. Py Vb Vd). Pluribus comprobatur textum (Py) Vb fluxisse in PgLa vulgatam. Ph aliquanto quam Py frequentior, ambo superantur **V** familiae frequentia, in qua familia Ac codex dominatur. Vd codex igitur cum utraque familia coniungitur, aut sola prodit PgLa vulgata.

Ubi Phy familia et PgLa desunt, plerumque apparet Ac, tum etiam Pc (30, 15 R. εἴπηι Pc Vdei Pfwkn; 45, 9 R. ἀπαιτήσεις Pc Vdeflw Pd), semel Ac Pc (83, 20 R. τι διπλοῦν Ac Pc Vdel Pdουθ), Ba (79, 9 R. λυσιτελή Ba Vde Pup., m. 1 Vc, -εἰ m. po. ex -ῆ Pb), Vc Ba (80, 5 R. δὲ p. μετὰ Vc Ba Vde Pdl), Vc. **V** (48, 8 R. φεύγει p. καὶ **V** Vδdenu Pds; 75, 21 R. παντί sch. Va **V** Vb Vde Pd; 82, 14 R. τε om. **V** Vde Pnθκ; 89, 23 R. ἐγκλήματι **V** Vde, mg m. ead. ἀντ Ph, supra m. po. ἀντ Po).

Cum Ac consonant plerumque Vde Pd. **P** familia praeter tres locos, ubi e vetustioribus solus Pc, tum semel cum Ac (ubi semper, i. e. quater Ve, ter Pd, in v.l. (Pa) bis, Pd solus semel (42, 15 R. δ pro οῦ Ac Pd, [δ] Ve, δ ex οῦ m. ead. Vd). De rationibus inter Ac Pd **P** codices mutuis monui in sch. Va praef. IX.

Haec igitur PgLa vulgata a supra (Vf Vi) examinatis differt eo quod **V** familia Phy familiam, PgLa autem ambas superat, apparet iam autem **P** familiae quaedam ad Ac codicem vicinitas per Pd codicem expressa. His delineatur recta, nullis impedimentis turbata memoriae propagatio usque sub **P** familiam.

Ubi nec Ac prodit, fere semper (at 86, 14 R. τοῖς κινδύνοις m. po. ex τοὺς κινδύνους Vd, Vl) Ve, plerumque Pd: manet integer cursus memoriae. Et cum Ac et sine Ac indicia Py memoriae Vb Plru (Pu cum solo Ac numquam, cum Pc Ac semel, ter sine Ac) hic illicprehenduntur. **P** familia intervenit ter.

LXVIII

Praeter Nilum et Anonymum 7W. trium interpretum quoque non rara sunt vestigia. Commentator V^d vix quinta parte lectionum (25) Vd codicem iuvat.

Phy familia solum **V** PgLa vulgata media pervenit in Ve codicem. Sine PgLa vulgata aut sine Vb aut sine **V** familia Phy tantum ter (32, 21 R. ἀπαιτεί Ph Vdei Pbfw; 62, 21 R. αὐτὸν om. Py Vde Vg Pd; 85, 8 R. ἀντιποιεῖται Ph Ves Pos), ubi etiam haec Phy familiae vestigia non recta via, sed per **P** familiae ramum quendam in Ve textum descendisse videntur. In hac **P** familiae cum Phy familia coniunctione sensim prodeunte Ve codex Planudeae vulgatae viam praemunire videtur.

Differunt autem Vd et Ve in his. Vd solus Py Vb exemplum sequitur (45, 22 R. πράγματι οἶον τί δός om. Py Vb Vd; 85, 8 R. περι om. Py Vb Vd P_μ, supra m. ead. Pq, m. po. Vn, quibus codicibus **P** familiae vicinitas significatur; 54, 8 R. τῷ τελείῳ m. ead. ex τοῖς τελείοις Vd, τῷ τελείῳ m. po. in ras. Vb). Vd codex ibi differt a Ve codice, ubi **P** familiae auctoritate ducitur (32, 7 R. mg γρ. καὶ μὴ προσηλημμένον τῇ κρίσει Vdns Pdo et **P**). Inter Vd et Ve codices simili modo atque inter PgLa codices, non raro eadem sed alternis vicibus variae lectiones occurrunt. Differentiae intercedunt non ad universam utriusque codicis indolem pertinentes, sed intra amborum prosapiam huc illuc vagae.

E minoribus secundum post Vd codicem locum Pd codex obtinet; qui prodit septuagies quater, cum Vde solus (77, 14 R. αὖ om. Vde Pd; 37, 4 R. πᾶγμα p. ἔχει Vde Pd, assentiente praeterea VI codice, qui quinquagies quater apparet) congruit; eius Pd codicis cum **P** familia necessitudinem significavi sch. Va praef. IX. Plus quam quadragies Vi (cf. sch. Va praef. XVIII) et Ps, quadragies Pf. Etiam igitur minoribus codicibus Phy-PgLa vulgata comprobatur. **P** familiae nascens auctoritas praenuntiatur.

In Vγ codice Ph memoria contaminatur cum Py memoria, quae Py memoria **V** item contaminatae familiae passa est decursum et in PgLa vulgatam pervenit. Simplicius fortasse Ph memoriae cum **V** PgLa vulgata contaminationem appellaverim. In hac PgLa vulgata Py memoria principem locum tenet usque ad finem, codices Vde autem multo minus valent. Non admodum firma eius PgLa vulgatae vestigia in Vf_q codicibus cernuntur. In codice Vq quidem Phy familiam maiores partes quam **V** familiam agere iam animadverti et e Georgio recentiore manavisse eam Phy PgLa vulgatam ratus sum. Vf codex ad eam vulgatam pertinet, quae ex Py Ac per PgLa in

Vde codices decurrit. Pb codex tamen ne ad eos quidem accedit, Vu codex fere nullus est. Post Vb codicem manent in obsequio Vi Pz Vfq codices: hoc modo ad Anonymum Vδk pervenitur. Patet permixta esse in Vγ codice plura: contaminatam Ph + Py familiam, contaminatam **V** familiam, qua in Ph memoriam iniecta creata est Ph + Py (**V**) contaminatio. Py-**V** vulgata in PgLa vulgata ad Ph memoriam accessit. Postea vero PgLa vulgata facessit, (solus Vf eam testatur), reliqui Py vulgatae partes in ea premunt. Loco stetit PgLa vulgatam patet nec sui iuris in Phy memoria fuisse sed semel ex contaminatione esse illatam nec porro decurrisse Py Vb vulgatam ex **V** familia adiectam Ph memoriae, quia Vi codice traditur Phy vulgata primum e Georgii textu oriunda, sed recens intra huius familiae parietes compilata, Vq codice autem eadem familia propagatur. Hoc tramite Py vulgata in memoriam interpretum irruit, cuius rei documento est etiam Anonymus Vδk. Potiores quidem sunt in Vγ codice vetustiores, sed solum vetustior eorum memoria celebratur, PgLa vulgata autem inmissa, qua **V** Py Vb continebatur vulgata, ea artificialis Phy vulgata aliquamdiu et aliquatenus perstitit. PgLa vulgata enim quae vixit, non ex contaminata **V** familia fluxit, sed ex Ac vulgata, nec ad Ph memoriam umquam alias adiecta est. Hoc, quod in Vγ deprehenditur, ab interprete excogitatum puto. Ideo recentiorum sequela conspicitur perexigua. Recentiores saepius soli cum Vγ codice consonant, admodum raro soli vetustiores.

63, 2 R. ἀπὸν om. Py Vγ; 67, 1 R. ἀντίληψις. ἡ ἀντίληψις Ph Vγ, ἡ οὖν ἀντ. m. po. Vc; 74, 12 R. μαι pro μ.ἡ Vc Vγ. Miramur an Py memoria partes cedente **V** familia et PgLa vulgata in Vγ codicem venerint, cum Py solus cum Vγ solo consentiat. Sed fortasse haec lectio in nostro Py codice purae Py memoriae i. e. tali eius parti quae postquam Py memoria subiit **V** familiae vices, ipsa mansit integra, vindicanda est. Quia Py **V** PgLa ex contaminatione in Ph memoriam veniunt, potuerunt excerpti talia, quae aliis intacta relicta sunt. Ipsum Ph exemplum nostrum non id est quod interpreti ad manum fuerit.

Vt codex Ph-PgLa vulgatae est, in qua recentiorum codicum Pzkrq Vi maximi sunt momenti. Ph familiae auctoritas permanet, decedit aliquantum **V** familia. In qua Ac (53, 10 R. πλέον soli Ac Vt) pollet, paulo cedit Ba. Ph (bis 44, 1 R. γίνεται, 44, 12-13 R. γίνεται soli Ph Vt) memoria non est pura, sed ut in PgLa vulgata, Py admiscetur eiusque asseclae Pz Prk Vif Ps Vb: claret hanc admixtionem serius, nec de Py exemplo esse inductam. Interpretum quindecim numero lectiones e dimidia fere parte ad Sopatrum pertinent. Nili

solius cum solo codice Vt semel (42, 8 R. ζητούμεν) obvenit consortium. Georgius recentior Vγ (48, 11 R. μόνω soli Vγ Vt) et interpres Vδ aequo in favore. E recentissima vulgata interpretum hic textus trahendus est.

In Vw codice prodit recentior Phy-Pr^λ vulgata non pura, sed etiam cum Ac vulgata coniuncta, quod in Pg codicis lectionibus conspicuum fit, et cum Pb (Pc) vulgata, unde cum Va codice consensus haud ignobilis. Omnium igitur familiarum recentius contaminatam praebet vulgatam.

VI codex pertinet ad PgLa Vde vulgatam. Proximi sunt Vf Pds, paulo minus adhaerent Phy Ac Vgi Pkruw. Claret paulo recessisse vulgatam antiquiorem. Simul hoc apparet: Phy familiae contaminationem serius prodiisse. In VI codice **P** familia perparvi est momenti. Haec igitur vulgata non videtur esse interpretum sed vulgo legentium. Phy familiae lectiones post p. 50 R. minus saepe prodire videntur. Recentior vulgata fit, opinor, e minus assidua post initia textus observatione. Ad p. 58 R. tres interpretes (imprimis Sop.-Syr.), postea Georgius-Nilus-Anonymus huc illuc incidunt.

Vi codicis 150 locis examinatis 30-es Ph sine Py, 17-es Py sine Ph inveni, sed semper Vb codice munitum excepto loco 84, 13 R., ubi Vb codex, fortasse Vδ hac in re auctore, Ph codicem sequitur.

Vi codex cum Ph codice communes lectiones habet non antiquas. **V** familia multo minus saepe hic accedit, quam PgLa (et Vk Pκ). Haec igitur Phy familiae coniunctio non videtur esse vetustissima, sed, ut ap. Nilum, contaminata. Scilicet Ph exemplum ab initio quasdam lectiones habuit quae nunc e sola Py memoria sunt; quae etiam ap. Vi testimoniis Vb Plr codicum fruuntur. Py Vb exemplum hic cum Ph PgLa Vk Pκ exemplo componitur fitque duarum memoriarum copulatio, quae non prorsus quidem cum tribus interpretibus et Georgio Nilo Anonymo 7 W. additis cohaeret, sed tamen Vi codicem scholasticae vulgatae vices subisse testatur.

Ubi Phy familia deest (71:152), **V** familia raro apparet, dimidia parte locorum PgLa, frequentiores autem sunt Vγ et Pκ (sch. Va praef. p. XVIII).

Omnibus his rebus indicatur recentiorem tradi Phy memoriam Vi codice, fortasse e Georgii textu primum oriundam, sed recens intra huius familiae limina compilatam ita ut **V** familiae antiquae nullum fere sit momentum. Ex Ac esse etiam hanc profectam vulgatam suspicari licet ex 31, 1 τὰ ἐπιδεικτικά Ac Viq Pd; 66, 9 R. τῶν τρόπων Ac Vhiβ Pmnvεθκ; reliquis locis PgLa codices intercedunt.

Compilatio etiam ea re comprobatur quod initio raro, intra autem pp 79—91 R. constanter Vγ codex prodit: qui in PgLa memoriae codicibus recentioribus multus est.

Sedenim parum Ac codicis auctoritas in PgLa vulgata ex Vi codice perspicitur, adeo ab hac Vi codex intra suae familiae rediens pomeria versus Vγ Pz codices discessit.

E Vq codicis catena colligitur recentissima vulgata Phy PgLa familiae, in qua vulgata vetustiores codices Phy Ac vulgatae receserunt, sed aliquanto maiores partes Phy familia contaminata quam **V** familia agit. Georgium recentiorem Vγ versus hanc familiam defecisse claret. Bis solus Vγ cum Vq solo prodit: 49, 14R. εἰπε om. Vγ Vq; 56, 5 R. δόο om. Vγ Vq. Fortasse ex ipso (i. e. ex illa schola) ea vulgata manavit. Raro enatant interpretum lectiones, Nilo, ut videtur, sospitatore.

Pc (sine Pa):	Py	Ph	Vb	Pu	Pw	Ac	Vδ	Vf	Vg.				
Pa (sine Pc):	Va	Vh	Ph	Pb	Pn	Pε	Pe	Pμ	Py	Vδ	Vb		
			VI	Pt.									
P:	Va	Vh	Py	Pe	Pμ	Pb	Pt	Pε	Ac	Vm	Pv.		
Va:	P	Pt	Pb	Vb	Py	Vh	Pλ	PgLa	Ph	Vs	Vγ	Vδ	Pe
			Pμ	Pε.									
Vs:	Va	Pt	Pb	Po	Pλ	Pn	Pr	Pμ	Vf.				
Pb:	Va	Vh	Pt	Pe	Pn	Pλ	Pμ	Pε	P	Pv.			
Pt:	Va	Pλ	Vh	Pb	Vq	Vs	Pu.						
Pλ:	Pt	Va	Pb	Pu	Py	Vb	Vg	Vh	Vs	Pe.			
Vε:	Py	(Vb	Pr)	—	Va	(Pt)	vulgata.						
Vh:	Pe	Pt	Pε	Va	P	Pv	Pa	Pb	Pn	Pμ.			
Vr:	Pe	Pε	Pμ	Vm	Vh	Pn	P	Va	Po	Pv	Pt	Pθ.	
Pμ:	Pe	Pε	Po	Pv	Vm	Pn	Vh	Va	Py	P.			
Po:	Pμ	Pε	Pv	Pe	Vm	Va	Pθ	Vh	P	Pb	Pn	Vs.	
Vm:	Pμ	Pε	Pe	Pv	Vh	Po	Va	Pn.					
Vβ:	Pμ	Pv	Pe	Vm	Pε	Pn	Po	Va	Vh.				
Pe:	Pε	Pμ	Pv	Vm	Vh	Po	P	Va.					
Pv:	Pe	Pε	Pμ	Vm	Vh	Pn	Po	Pm	Va	Pθ	P.		
Pε:	Pμ	Pe	Vm	Pv	Vh	Po	Pn	Pθ	Va.				
Pm:	Pθ	Vd	VI	Ve	Py	Pe	Pv	Pε	Pd	Pr.			
Pθ:	Pm	Pu	Pq	Pε	Pl	Py	Ve	Vg	Vq	Pn	Pμ.		
Pn:	Pw	Pf	Pμ	Py	Vh	Vd	Vg	Pε	Va	Pb	Pe	Pv	Pθ.

P familiam claret propius ad Phy quam ad **V** familiam accedere, Pc codicem potius ad Vc (i. e. vetustius **V** familiae exemplum),

Pa codicem ad Ac (recentius) spectare. Ubi Phy memoria coniuncta cum **P** familia consentit, diversa autem habent Alexandrini, ut 60, 18 R. τούτων Nil. **V** Pg Vδ, ἕπλων Phy **P** Vb complures, τῶν ἕπλων Va Vs Pbtε, credo sequendum consensum; τούτων puto in recentiore vulgata e τῶν ἕπλων ortum esse articulo scripto τ cum signo abbreviatae designationis.

P familia cum **V** familia, tum cum Ac codice exiguo quidem locorum numero, tamen frequentius, quam cum Ba et Vc codicibus congruit. Cum Py codice etiam frequentius multo quam cum Ph codice; sed rarissime cum Phy familia consonat. Cum PgLa vulgata fere ut cum Ac codice, sed dimidio rarius ad 60, 16 R., consentit.

Ex interpretibus creberrimi sunt Anon. 7 W. Vγ Vδ. Multum igitur haec familia a **V**, multo plus a Phy coniuncta memoria abest. Py memoria quartam locorum partem occupat, Ac vulgata (ut etiam PgLa vulgata) quintam. Anon. 7 W. Vγ Vδ Ac Py PgLa catenam, i. e. recentiorem Py memoriam prodit, eam quam Planudes excepturus erat; fortasse Doxapatrea est appellanda.

Sed Pc codex Py quidem memoriam recepit, tamen neque Ac neque PgLa vulgatae (huius posterioris utique ad 60, 16) acriorem curam exhibet, Vγ nullius. Anonymus mediocris, Vδ solus pluris est apud eum pretii, nec tamen tanti, quanti apud totam **P** familiam is est momenti.

Pa codex Ph (praecipue ad 60, 16 R.) memoriam respicit, Py rimum negligit. Ba codex priore, Vc posteriore dimidio, sed uterque minoris quam **V** Ac sunt momenti. PgLa vulgata solum usque ad 60, 16 R. occurrit. Etiam hic Vδ interpres longe reliquos superat. **V** Ph PgLa memoria in utroque (Pc Pa) codice ad 60, 16 R. apparet, postea obscuratur. Quod iam in Vc Ba codicibus animadvertimus: antiquam memoriam recedere in priore *statuum* dimidio.

33, 4 R. οὐ μὴ ἔστι λύσιν λαβεῖν μηδὲ πέρας Vc **P** Vδ; εὔρειν Phy Marc. sch. Ph sch. Va, Ba Ac PgLa Vb Vfgkt Plqrs, (mg λαβεῖν) Vl.

35, 2-3 R. διαιρέσεως τῆς Vc **P** simili modo adversos habent Phy Syrianum Ba Ac PgLa Vb Vδ plures. Recentiori sermonis emendationi utroque loco memoria restitit.

36, 4 R. ἀντὸ: denuo **P** codices Vc codicem sequuntur, cui hoc quidem loco praeit Py. Idem videtur legisse Syrianus et ut insolentius explicavisse suppleto πράγμα substantivo. Igitur ἀντὸς quod in Ph (Ba Ac PgLa plerisque, m. po. Vc Vb Pd) legitur, facilius est lectio. Simul accedit quod ος et ο facile in minuscula confundi poterunt.

Haec inde effici videntur. **P** codices Phy 37, 12R. 60, 18R.; Phy Va Vδ 53, 15R.; Phy **V**; Phy Vc Ba pass.; Py **V** (numquam Ph **V**); Py Vc; **V** consensum, tum solum Vc codicem ita sequuntur ut praecipue Py codicem sequantur Pc codice hac in re duce; 45, 17R. Py Ac **P** Va; 56, 1-2R. Py **P**; 60, 14R. Py **V** Va; 63, 9R. Py **P** Vγ Vδ; 66, 3R. Py **P** Va; 71, 8R. Py Vc Ac **P** PgLa Vδk; 43, 13R. Py Pc; 48, 14R. Py Pc Va La Vγ Vδ; 66, 4R. Py Pc Pk; 67, 10R. Py Pc Vb Vg Pq; 76, 22R. Py Pc Pμ; 29, 12R. Py Ba Ac Pa PgLa Va; 63, 17R. Ph **P** Va add. και; 81, 17R. Ph **P** PgLa Va Vγ cumulant εἰ ὅπου; 30, 20R. Ph Pc om. τὸ; 39, 18R. Ph Pc soli; 44, 14-15R. Ph Ac Pc, add. τοῦ ante ῥητοῦ, er. Vc; 81, 7R. Ph Pc Vδ Ps om. μοι; 35, 7R. Ph Pa Vδ om. και; 40, 8R. Ph Pa γίγνεται.

P familiae inter tres familias solius variae lectiones aut interpretum auctoritate nituntur aut locis iam in Ph memoria vix sanis medicari proprio ingenio student aut prorsus nova tentant.

33, 13R. ἀπολαβῶν pro ἀπολαμβάνων non necessario Sop. 4 W. **P**.

43, 15 a R. titulus **P** Va similis Sop. 5 W.

60, 12R. ἔνθα ἂν Syr. 4 W. **P** Plan. (cf. 13 χρήσῃται **P** Va).

65, 13R. και om. Pγ Pc.

73, 4-5R. γὰρ ἀντιθέσει male Pγ **P** Va in loco varie tentato.

88, 12R. ἀτοπροσώπως **P** La Va Vγ Vδ; haec v. l. iam ap. Anon. 7 W. prodit iuxta lectionem Syriani et Sopatri 4 W.

91, 8R. ὅπ' male Pγ Vγ **P**, v. l. Anon. 7 W., contra ἐπ' Ph **V** PgLa, v. l. Anon. 7 W. Vγ Vδ.

91, 12R. κατὰ λόγον pro ἐπὶ **P** Va, vetus scholion, opinor, ad ὡσπερ varie in textum infertur advocata etiam praepositione ἐπὶ, quae ap. Anon. 7, 687, 6-7 W. quoque omittitur.

52, 15R. και ἀντῶν p. ἀνακεφ. add. **P** Va: quod Ph memoriae additamentum varie collocatur.

85, 16R. ὃ ἑπότερος recte Pγ **P**, ubi tamen videtur lectio e Ph memoria nondum depravatâ fluxisse.

63, 10-12R. **P** familiae praesto fuit exemplum nostro Ph codice sane vetustius, ubi totum colon ἵνα — ἀδικεῖν non legebatur (ἐν ἄλλοις... πρόκειται).

91, 5R. ante vetus Ph memoriae scholion δημόσια expletivum add. **P** Va, iniuria, nam Hermogenei stili esse indicavi in δέ sententiam abrumpi.

Reliqua admodum levia sunt.

43, 1R. τόπον ἢ χρόνον etiam post τρόπον male in **P** Va; talia in Ph memoria aliquoties occurrere fortasse non necesse est moneamus.

47, 9R. ἀξέσεται pro ἀξεται **P** sch. Pn Plan.

50, 10 R. πεπλανημένα δεῖν χρώματα **P** sch. Pn, Va elegantiore usi collocatione.

50, 22—51, 1 R. χρήσεται om. elegantius **P** Vδ.

55, 9 R. μόνων p. προσώπων **P** Va inusitatus.

59, 5-6 R. ὅτι p. νομίζω γὰρ suppl. **P** Va.

62, 20 R. δημόσια (ἀδικηκώς) pro δημοσία **P** Va.

86, 13 R. δὲ pro διὰ τί male **P** Va Vγ, denuo ad instar Ph memoriae lectionum, quibus sententiarum nexus mutantur, quod facillime accidebat in maiuscula.

89, 6 R. ἔχοντα **P** Va contra quod aptius est περιέχοντα Sop. 4 W.

Demonstratum est praeter Phy memoriam nullam aliam existisse, eam autem nonnulla passam esse ante **V** et **P** familiarum origines. Interpretes textum variare, non restituere. **P** familiam pauca novare, **V** familiam adhibere, sed ex eius arbitrio non pendere. Utra prudentius Phy memoriam adhibuerit, difficile est diiudicatu: nam **P** familia iam Phy familiae recensione a **V** familia confectâ usa, subtilius ibi agere potuit, ubi **V** familia inter Ph et Py memoriam titubabat interdum. Atque teretiora solent esse grana secundo cribro acta.

Tum videtur nonnumquam **P** familia usa esse reliquis Phy et **V** familiis vetustioribus quam nostrae sunt. Neque Ac vulgata ignota **P** familiae fuit. Itaque longam traditionis viam etiam haec familia permissa est, longius autem, quam reliquae, progressa est versus codices recentiores Planudae commentario instructos. Si Phy memoria Asiatica est, **V** autem Alexandrina, **P** memoriae origo Byzantina tribui potest.

Pc codex, ubi extra vulgatam et solus (i. e. sine Pa codice) prodit, vix ullius e tribus familiis signa ducit: nam Pb bis, Vh semel, Pμ bis (in viginti locis) una apparent. E Py familia bis Pr solus cum solo; semel Vb inter plures. E **V** familia Vf 6, La 5, Pg 4; Vf codex cum Py codice (39:196) et cum **V** familia (6:20) coniuncta comparet. Recentiorum nullum habet fidelem comparem. Exhibetur igitur in eis quibus Pc codex a Pa codice differt, quaedam vetustior Py **V** vulgata, quae Planudae aetatem antecedere videtur.

Pa codex fere apographon habet Vh codicem, dimidiam fere lectionum partem cum Va codice communem exhibet; sequuntur Pbenotσμ; e quibus Va codex eosdem habet codices, sed mutato ordine: Pt (11:17) et Pb (7), praeterea Pλ (9) et Vs (6) codices. Pt codicem praef. sch. Va pp XVII-XVIII Pay classi adnumeravi. Itaque etiam in **P** familiae ramo Pa translucet Py vulgata, iam, puto, Planudea.

Ambo **P** codices Pa codicis signa prae se ferunt (Va 11:14, Vh 8), i. e. inverso ordine ita, ut procedat connexus cum Py codice Va codex, recedat Pa codicis sodalis fidelissimus Vh codex. Pbe Vm codices e dimidia fere parte hoc foedus adiuvant: omnes tres potius in Pa quam Pc codicem proni. Itaque hoc palam fit: **P** familia Pa codice nititur, cuius vulgata inter antiquas recentior est. Pc et Pa codices illo cum Py codice nexu inter se copulantur quidem, sed memoria tenendum est vulgatam ap. Pc esse aliam, aliam ap. Pa. Etiam si igitur Py exempli lectiones ap. ambos coeant, fit quaternio q. v. terminorum, quia inter Pc et Pa codices duplex factum est Py exemplum duplexque vulgata: Pya post Pa codicem ex Py **V** in Pc codice.

Validior illa critica textus erit in qua non singuli codices inter se componentur, sed aetates textus per varia codicum strata eruentur. Gravius est enim nexu inter Ph Vc Pc et Py Ac Pa familias obvios investigare, quam memoriae rivulos in singulis Phy **V P** familiis separare. Etenim probavi minoris momenti esse lectiones inter Ph et Py, tum inter Vc Ba Ac, deinde inter Pc et Pa codices patefacere communes neque necessario eas lectiones ad communem fontem esse referendas subinde ostendi. Non similitudinibus sed differentiis lectionum historia textus agitur. At, dixeris, Ac codex extra vulgatam solum cum ambobus **P** codicibus congruit (ut Vf cum tota **V** familia), Nili lectiones ap. ambos in variis lectionibus referuntur, Ac codicis autem lectiones varie ap. utrumque. Hac re probatur prius Nili, quam Ac codicis lectiones venisse in **P** familiam? At Ac codicis lectiones in textum **P** codicum fluxerunt, dissident solum variae lectiones. Sufficit in Pc codicis exemplum venisse aut non venisse. At Ph codex cum ambobus **P** codicibus numquam in textu consonat, verum cum eorum variis lectionibus. In ipsis **P**-familiae cunabulis haec Phy familiae divisio cernitur; notam eam vetustioribus fuisse interpretibus dixi. Potius igitur Py Ac Pa vulgata serius in Pc codicis exemplum penetravit, quam Pa et Pc codices eam antiquitus e communi fonte traxerunt.

Familiarum signa communia vix ad primum fontem redire puto, quia etiam in **V** familia Vc et Ac codices adeo differre deprehendo, ut Ba codicem serius intercessisse existimandum sit. Factas, non natas esse familias duco. Apud antiquos video vix Ph et Py codices cohaerere, postea crevisse et coaluisse familiam, nonnumquam hoc modo ut eiusdem familiae varia lectio (qua de re monui passim in praefatione) recepta sit in textum. Itaque a familiis ad atavos redeundum ex iisque prisca familia regalis componenda est. E qua si

textus constitui nequit, eam ob causam fit hoc rei, quod textus constituitur ex optimis quibusque. Ita ab auctore collectum textum quis credat qui ipse aliquid scripserit? Etiam atavorum codicum familia prisca vulgatae debetur; ita pluries coierunt codices dissilieruntque, ut Lucretiana corpora rerum; trans primas earum dissensiones navigare ne philologo quidem est necesse. Nostra *statuum* historia critica incipit demum post primas eruditorum curas, postquam tria saecula elapsa sunt. Solummodo e vitiis scripturae maiusculae, tum e lectionibus, quae II. saeculum sapiunt (ut ἐπανηρότες Ac) ad primam vulgatam pervenimus; quam ea iacuerit, patet primo quoque obtutu. Cur solemur familiarum ante X. saeculum haud creatarum amplexibus?

Pa codex sequitur Ph memoriam; cui Ph memoriae e longinquo Py memoria aggeritur. Qui earum memoriarum interstitium explent, codices sunt Pa vulgatae; omnium autem sunt, ut etiam in **P** codicum consortio et in Pb codice, frequentissimi Vah codices; Pt et Vs codices autem solum Va codicem primo loco exhibent. Hi scilicet diligentissime Va vulgatam expresserunt. De Vδ interpretis cum Pa textu cognatione iam egi; quae videtur ad communem factam Phy memoriam redire, nam solum in **V** PgLa Vγ Vu codicibus censetur. Hac re probatur contaminatam in Pa codice prodire Phy familiam, neque hac in re differre Pa codicem a **V** PgLa vulgata. Pc codex autem hac re a Pa codice differt quod ita Phy familiam contaminatam excepit ut in ea Py memoria potior fuerit. Utriusque igitur memoriae divisio etiam in contaminatione Alexandrina perstitit. Vδ interpres etiam in Pc codicis grege censetur. In **P** codicum autem consortio Py memoria Ph memoriae, quae e potioribus **P** consortii codicibus omnino cessit, locum occupavit. Verum apparet Ac vulgata, sed multo debilior quam Py memoria. Ita igitur est totius **V** familiae, aut, ut minimum, Ac vulgatae textus effectus, ut quae nunc in **V** (Ac) codicibus leguntur, olim adnotata textui antiquiori esse accipiendum sit. Ita grammaticus interpretem trudit. Perit etiam in **P** codicum consortio Vδ interpres. Haec Ac codicis emendatio iam in Pc codice prodit. Ex hac re et Py memoriae momentum in contaminatione maius fit.

Omnibus qui hanc familiam sequuntur codicibus **P** consortium, non singuli eius participes, exprimitur. In Va codice Py memoria prominet, sequitur PgLa vulgata cum Georgio rec. et Anonymo Vδ. Ea PgLa vulgatae admixtio novam aetatem significat. Ph memoria denuo fortior quam in **P** consortio, facta est. Quod cum PgLa vul-

gata ideo coniungo, quia in Vw codice, ubi haec vulgata fortior est, quam Va vulgata, Ph memoria superat Py memoriam. Antiquam memoriarum divisionem etiam in PgLa vulgata translucere ostendi supra. In Va vulgata enim Py memoria ita, ut in **P** consortio, diminuitur. Varia igitur exempla sese excipiebant: Py Ac vulgatae, Ph PgLa vulgatae.

Vh codex minus quam Pb codex, cum Va vulgata coniungitur, aliquanto propius, quam ille, ad **P** consortium accedit. Ut apud Va vulgatae, ita **P** vulgatae asseclas longe maiorem, quam Pb codex, auctoritatem exercet: in solo P μ codice (**P** vulgatae) deest inter potiores et in solo Vs (Va vulgatae). In Vh codice Pa codex fortior est. Praeter Vh et Pb codices Po codex quoque ad Va vulgatam etiam **P** consortium amplectitur inter potiores; sed idem aliquanto plus Vh codici, quam Pb codici adhaeret. Ex adverso Vr et Pe codices, quia potiore loco **P** consortium, quam Va vulgatam adhibent, illi potius quam huic tribuendi sunt. Hi soli igitur **P** vulgatae sunt. Ambo hi Vh codicem, non Pb codicem sequuntur: de longinquo, quia cum recentissima **P** vulgata arctius coniunguntur: nam Vh codex multo arctius post Va vulgatam **P** consortium sequitur quam Pb codex. Quoniam autem tota Va vulgata Vs codice, qui solum Pb codicem adpetit, et P λ codice, qui longe diligentius Pb, quam Vh codicem sequitur, exceptis, Vh codici paret, eademque **V** vulgatam solam in potioribus colit excepto Po codice, qui etiam **P** consortium advocat, inde efficitur Va vulgatam post Vh codicem longius discessisse a **P** consortio. Id etiam ea re indicatur quod apud recentiores Va vulgata in codicum serie recedit. Soli Vs et Pt eam primo loco exhibent: in Vw codice tertio, in Po sexto, in Vm septimo, in Pe μ octavo, in Pn ϵ nono loco est. Cur autem Vh codex quarto demum loco (post Pe ϵ) Va vulgatam exhibeat, iure quaerendum videtur. Pt codex primo quidem loco Va vulgatam praestat, Po et P ϵ codices autem extremo: iidemque quinto loco Vh codicem; videntur igitur praeter recentissimos appetivisse Vh vulgatam.

Deest autem Vh codex in solis Vs P μ codicibus, qui ambo e Py vulgata invecta exhibent quaedam in Va vulgatam; quod iam in **P** Va vulgata deprehenditur; quae a Vh vulgata remota esse percipitur.

Quaeritur, unde in Vr Pe codicibus maius **P** consortii quam Va vulgatae momentum venerit; quod neque in Pb neque in Vh animadvertitur. Vr codex e Pe exemplo id sumpsisse videtur, quia Pe primus est in serie codicum Vh codicis asseclarum, in priore autem

dimidio Pb codicis seriei locum tenet, cum Vr codex neque hic neque illic censeatur. Cum vetustiore igitur **P** vulgata Pe codex connectendus videtur, praesertim cum eius Vh ramo; quo in ramo Va Pbtλ Vs minus valuerunt. Quod cum contra naturalem **P** vulgatae decursum fieret, in uno solo codice (Vr, cum e Pe exemplo pendeat) accidit.

Va vulgata addictos sibi habet Vmsw Pntελμ codices. Ordo, quo ei codices propius ad Va vulgatam accedunt, est hic: Vs Pt Pλ Vw Vm Pμ Pnε. Ei codices Vm Pε codicibus exceptis Py vulgatae varia exhibent additamenta, quae adeo sunt diversa (Pnλμ ipsius Py exempli, Vt Pt recentioris Py vulgatae, Vw familiae Phy contaminatae exhibent vestigia), ut ad variae aetatis et fortuito delata exempla videantur referenda. Commune eis est Va vulgatae signum, quod recentiores emendatores, ad sua **P** exempla collatis adventiciis, imprimebant eis. Fortasse etiam **P** consortii numquam fuerunt, soli Va vulgatae adhaeserunt. Vm Pε codicibus puram Byzantinam memoriam tradi puto. Nulla re impediri videor quominus horum omnium codicum textum appellem in genere Planudeum. Quae **P** Va vulgata Vw codice exempto ex exemplis ante PgLa vulgatam creatam Byzantium asportatis orta est.

Nunc **P** familiae codices Vaticani singillatim perlustrabuntur.

Vh codex propius accedit ad Pa (Va) vulgatam recentiorem, quam ad ipsum Pa codicem. Codex Pt qui secundus est in hac serie, in Vsw codicum vulgata Va maximam partem lectionum occupat. In 75 locis **P** familia deest ter decies; ibi octies aut Ph aut Py aut Ac aut Vc Ba, etiam Vde codices prodeunt. Minorum autem Vgiln. Vm codex recentioris **P** vulgatae est et in **P** familiae recentioris prodit in Vh codice acie prima. Reliqui sunt PgLa Vde vulgatae. In hoc igitur Vh codice novam Py Ac Vde admixtionem non deprehendo, verum Va vulgatae quae iam in Pa codice adeo valet, speciem, quae cum PgLa vulgata cohaeret. Per PgLa codices enim transmittuntur omnium trium familiarum stamina et denuo redire videntur ad haec tria: Py Ac Pa; Ac Pa; Py Pa. Quod factum est propterea quia iam contaminatâ Phy PgLa vulgatâ stamina purarum memoriarum non sunt extincta, contaminatio autem non eadem vi propagatur. Scholis rhetoricis fere abolitis grammatici plus valuerunt in memoria codicum transmittenda. Extremus (ante Tzetam) interpres Planudes satis habuit Py vulgatam cum Pa vulgata componere, qua in re potius grammatici quam rhetoris officio functus est. Itaque Vh codicem contaminatum haud dixerim, sed contaminatae Phy PgLa

vulgatae passum insitionem ex Va vulgata, cui iam Pa codex obviam ire videtur.

Vm codex e **P** familia est, sed recentissima, plus quam dimidia enim lectionum parte ad Pp. codicem accedit (semel ad solum); tum sequuntur Psev Vh. Inter 46 lectiones a me examinatas quindecimviginti communes habent Po Va Pn codices. Hos ad unum omnes esse **P** familiae codices dixi sch. Va praef. p. XXVIII. Pa sexies, Pc bis (semel solus cum solo), **P** ambo undecies, Pb duodecies; in Pb codicis igitur catena Vm codicem ponemus. Ea Pb catena saepius cum Phy familia quam cum **V** familia coniungitur in Vm codice. E reliquis codicibus Pt P^o Vr sunt frequentiores. Pb codice ducimur ad quandam Pa Py vulgatae coniunctionem (cf. sch. Va praef. p. XIV); quam vetustam esse et ad pristinam omnium familiarum redire coniunctionem non est probabile, nam primum ostendi Phy familiam, cui Vm adnuit, serius esse constitutam, tum haec **P** et Phy familiarum coniunctio in recentioribus (Va Pb Po [sch. Va praef. p. XV—XVI] P^op. [praef. p. XIV. XVIII]) crescit. Vm codicis textus ex eis **P** familiae recentioribus est qui admodum ad textum qualis a modernis constituitur accedunt; nam is qui ex Phy vulgata id solum sumit quod cum **P** congruit, ut in recentissimis codicibus fit, id in textu constituendo curat quod nos quoque curamus: ut sit ita antiquus ut simul sit emendatus. Sed **P** familiae elegantiam pristinam esse nullo indicio probari potest: Pa enim vulgata omnium vulgatarum (Ph, Py, Ac, PgLa) est recentissima.

Interpretum lectiones in Vm codice rarissimae sunt.

Vr codex recentissimam **P** vulgatam exhibet cum quadam (Pt) Phy familiae admixtione.

Vs codex recentiori (Pa) Va vulgatae adnumerandus est. Quoniam a textu qualis nunc constituitur, parum differt, varia lectio eius codicis solum apud codices minores, ut Va Ptbonr^lp. Vf apparet, earumque lectionum numerus exiguus pro 78 locorum omnium ratione aestimandus est (Va 25, Pr 11). Recentior Py vulgata pura prorsus negligitur (Vn 1, at Pr 11).

Eius igitur recentioris Py vulgatae purae locum occupat PgLa vulgata. Has duas familias in Ac Pa vulgata coniunctas etiam alibi deprehendimus. Vf 10. Ad Vf confer Vde 10, Vg 11, fere eodem modo Ac PgLa. Quod sch. Va praef. p. XVIII de codicibus Pt^l codicis Va in Phy classis exemplo exprimendo comitibus proposui, etiam hic accidit. Phy familia enim etiamsi exiguo at fere ita, ut Phy familia, superior sit, pari cum **V** familia numero lectionum censetur. Duabus

igitur primigeniis familiis Phy et **V** addita est Pa-Va vulgata. Duae igitur factae esse videntur contaminationes: prior, qua Py-Vf-Pr vulgatae adiecta est Ac PgLa vulgata, posterior iniecta Va vulgata. Etiam ex eo quod fere aequus est Ph et Py codicum lectionum numerus, conicio Ph codicis lectiones (raro enim in codice Vs codex Ph cum codice Py consentit) ex recentioribus (cf. praef. pp XXII—XXIII) venisse in codicem Vs. Interpretes satis ab hoc textu alieni sunt.

V β codex recentissimae est **P** vulgatae, in qua Phy familia (Prt V δ) secundum tenet locum.

Credo hac longa capitum serie esse a me demonstratam memoriae Hermogenianae si non plenam originem, at ulteriores vices.

Statuum editioni subieci largam adnotationem criticam, quia id opusculum scholasticae institutioni per saecula adhibitum molem commentariorum et scholiorum magna ex parte adhuc in codicibus latentium procreavit; quae si umquam edenda quis susceperit, multa ex hac adnotatione lucrari possit.

Tum codicum praestantiorum lectiones recte aestimaturum separandae sunt singulorum codicum emendationes aut errores, qui nusquam alibi occurrant, ab eis quae in textus *statuum* historia latius valuerint; quod sine recentioribus codicibus declarari nequit.

Falli duco eos qui persuasum habeant vetustioribus codicibus primigeniam textus indolem conservari. Post duo saecula memoriae Hermogeneae nullis curis grammaticis rhetoricisve custoditae primi interpretes textum iam in duos ramos divisum et vitiis et additamentis refertum exceperunt, ipsi autem minus religiose quam decebat ad propriae quisque doctrinae rationem eum retractaverunt. Nec raro etiam sermonem vexaverunt. Serius grammatici textum constituere coeperunt non alio modo atque ei solent qui nunc editiones criticas parant. Scribae aut librarii appellantur quidem ei qui codices conficiebant. Verum philologi fuerunt codicibus inter se conferendis et componendis intenti, textui sanando consulebant proprio saepius ingenio.

E decimo saeculo duo solum codices Hermogenei (Ph P γ) remanserunt, sed plurium deperditae memoriae ramorum indicia in recentioribus codicibus inveniuntur dispersa. Eis disiectis indicibus vastior memoria antiqua proditur.

Sine recentioribus codicibus aegre statui potest quis ex aliquot vetustissimis antiquissimam memoriam detineat. Nam inter saeculum secundum et saeculum decimum variae aetates prodierunt memoriae.

Certe unusquisque codex saeculi decimi plura exhibet illius saeculi specimina, sed in eius saeculi vulgatam octo saeculorum memoriae variis aetatibus ortae et varias vices passae descenderunt. Ex eiusdem saeculi codicibus is recentissimam memoriam tradere videtur, qui plurimos e novissimis addictos sibi habeat; quod solum cognitio eis statui potest. Quod autem e vetustioribus quis emendator est, per se id non valet: non necessario enim ad auctoris antiqui puram redit indolem, sed emendatus esse potest manibus antiquis, tum doctorum saeculi decimi.

Raro recentiores lectiones genuinas soli praebent, sed saepe lectionibus antiquis aut pondus frequentia sua addunt, aut discessu demunt.

Tum ipse praestiti, quod in Demosthenis editionibus a Butchero et Fuhro confectis desideraveram. Nemo enim saepius ab Hermogene atque tot eius interpretibus advocatur quam Demosthenes. Posset textus Demosthenici historia accuratius, quam Drerup id fecit, delineari, si in apparatu critico editionum Demosthenis allatae essent lectiones vulgatae; nam vulgata Demosthenica usos esse rhetores constat. Sed superbia Wilamowitziana affectis editoribus editiones Demosthenis nulli usui rhetorum editoribus sunt eruntque. Nego hoc saeculo vicesimo exstare Demosthenem eum, qui rhetoribus dumtaxat sit obversatus. Blassii atticistae somnia amplectimur. Quid? medii aevi vulgatam suadeo praefendam? Minime, sed utique respiciendam, ut Demosthenis memoriae antiquae factorumque eius documentum. Antiqua studia Demosthenica, si quid institutiones rhetoricae, quae inde ab Hermogene usque ad Tzetzam exstiterant, ad ea cognoscenda conferre posse videntur, vel e pulvisculo adnotationis criticae suam sibi arenam, in qua strenue volutentur, colligant.

Quod in hac temporum tristitia liber hic edi potuit, doctoris phil. Bronisłai Biliński iam de *Commentarii Codicis Vat. Gr. 107* editione summo opere meriti amicitiae vigilantiae industriae debeo. Nam primum librum manuscriptum Leopoli a me relictum servavit et cum aliis copiis meis Hermogenianis Cracoviam advexit, deinde in plagulis mecum corrigendis immensum laborem consumpsit. Idem omnia quaecumque in hac editione e codicibus Vaticanis collata adhibentur, ipse dum Romae moratur descripsit aut e codicum imaginibus phototypicis, quas conficiendas curavit, mihi colligendi copiam praebuit. Nec satis dici potest quantum fastidium superaverit prelis in

urbe diruta ad officium revocari vix sustinentibus cotidie astando consulendo medendo cum ipse curis distraherer diversissimis. Non mihi soli sed etiam litteris nostris profuit, propriis studiis haud leve damnum inde hoc negotio illatum non respexit. Eius rei si mera mentione satis esse actas gratias censerem, non is magister essem, qualem norat cum sibi devinciret. Tum doctor phil. Georgius Krókowski sociam in plagulis legendis operam ea qua solet comitate praestitit.

DE STATIBUS

ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΤΕΧΝΗ ΡΗΤΟΡΙΚΗ ΠΕΡΙ ΣΤΑΣΕΩΝ

28 R. Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ἂ τὴν ῥητορικὴν συνίστησι καὶ τέχνην ποιεῖ καταληφθέντα τε ἐξ ἀρχῆς δηλαδὴ καὶ [συγ]γυμνασθέντα τῷ χρόνῳ σαφῆ τε τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενα τῷ βίῳ κἀν ταῖς βουλαῖς κἀν τοῖς
5 δικαστηρίοις καὶ πανταχοῦ, μέγιστον εἶναί μοι δοκεῖ τὸ περὶ [τῆς] διαιρέσεως [αὐτῶν καὶ ἀποδείξεως], λέγω δὲ οὐ τῆς ἀπὸ τῶν γενῶν εἰς εἶδη καὶ ἀπὸ τῶν ὄλων εἰς μέρη· μικρὸν μὲν γὰρ οὐδὲ τοῦτο ῥητορικῆς μέρος· ἄλλ' οὐ περὶ τούτων νυνί, περὶ δὲ τῆς τῶν πολιτικῶν ζητημάτων διαιρέ-

1 τέχνη ῥητορικὴ V PgLa Pc Pβ Vf Vβ Pl, τέχνης ῥητορικῆς Pa Vh Pt περιστάσεων AcLa Pβ Vβ, (στάσεων m. po. ex -ως) Vf, περιτῶν στάσεων Ba Pg P Vh Pt Pl
2 Πολλῶν — 3 καταληφθέντα lemma Sop. 5, 17, 27 — 20, 2 W. τε καὶ sch. Pn f. 51 r, συνίστησι lemma Sop. 5, 18, 25. (4, 49, 5.) Marc. 4, 55, 4 W. lemma sch. Ph f. 128 r sch. Pg f. 39 v sch. Vδ sch. Pn f. 51 r, συνέστησε sch. Va 2, 18 Kow. 3 τε lemma Marc. 4, 55, 27. Plan. 5, 234, 26 W. sch. Vt lemma sch. Pn f. 51 r, om. lemma Sop. 5, 20, 2. sch. Pl f. 46 v, supra m. po. Vβ γυμνασθέντα, Sop. 4, 51, 10 W. Vx, supra συγ Ph, [συγ m. po.] γυμνασθέντα Ba, συγγυμνασθέντα Sop. 5, 22, 11 W. lemma Syr. 2, 8, 16 R. 4 τε Sop. 5, 22, 20 W. lemma Syr. 2, 9, 16 R. lemma sch. Pn f. 51 r sch. Vt, om. sch. Pβ f. 1 v et 2 r sch. Vδ ὠφέλειαν lemma Syr. 2, 9, 16 R. Sop. 5, 22, 20. 4, 51, 15. lemma Marc. 4, 56, 21. Anon. 7, 108, 19 W., ἀλήθειαν Syr. 4, 45, 3 (Py et) W. alt. κἀν lemma Syr. 2, 9, 17 R. Sop. 5, 23, 6 W. lemma sch. Ph f. 188 r 5 καὶ Anon. 7, 109, 2 (Pb) μέγιστον — δοκεῖ sch. Vt — 6 αὐτῶν lemma Sop. 5, 24, 5-6 W. περι διαιρέσεως lemma Syr. 2, 10, 16-7 R. lemma Sop. 5, 24, 9. Anon. 7, 110, 12. lemma Plan. 5, 235, 21 W. sch. Vt, περι τῆς διαιρέσεως Phy Vc Ba PgLa Vb plur. Vatt XIII-XIV 6 αὐτῶν vid. non legisse Plan. 5, 235, 21. 236, 19 W., om. Pe Vβ Pεμ, supra m. po. Vm δὴ Sop. 5, 24, 12 W Vc Ba PgLa Viklt Pκ, supra m. po. ε Ps οὔτε pro οὐ τῆς sch. Va 2, 16 Kow. ἀπὸ — 7 μέρη Sop. 5, 24, 12-3 W. sch. Pg f. 40 r 7 οὔτε pro καὶ Sop. 5, 24, 13 W. τῶν del. m. po. Pg, om. Pu μὲν om. Ac Pfl, supra m. ead. Pq μέρος p. ῥητορικῆς lemma Syr. 2, 12, 15 R. Sop. 4, 63, 19 W. Phy Ac Vb Vdei Pfwv 8 ἀλλ' — 2, 1 γινέσθω Anon. 7, 250, 11-13 W. νυνί Anon. 7, 250, 11 (Vγ, νῶν ibid. W.) Pβlk, νῶν lemma Sop. 4, 63, 22 V 8/2, 1 διαιρέσεως τῆς Pg Pq

σεως εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια ὁ λόγος γινέσθω. ἔστι δὲ [σχεδὸν] ὁ αὐτὸς τῷ περὶ ἐνδέσεως, πλὴν ὅσον οὐ πάντα ἔχει τὰ τῆς ἐνδέσεως.

29 R. Καὶ πρῶτον γε ὁ τί ἐστὶ πολιτικὸν ζήτημα, ῥητέον. ἔστι τοίνυν ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους ἐκ τῶν παρ' ἐκάστοις κειμένων νόμων
5 ἢ ἐθῶν περὶ τοῦ νομισθέντος δικαίου ἢ τοῦ καλοῦ ἢ τοῦ συμφέροντος ἢ καὶ πάντων ἅμα ἢ τινῶν· τὸ γὰρ ὡς ἀληθῶς τε καὶ καθόλου καλὸν ἢ συμφέρον ἢ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν οὐ ῥητορικῆς.

Τὴν δὲ ἀμφισβήτησιν ταύτην ἀνάγκη περὶ τε πρόσωπα γίνεσθαι καὶ πράγματα· ὧν πλείστη δὴπου διαφορὰ· ἦν τοῖς ἐπιγνοῦσι ῥάδιον ἢ δὴ
10 τὰς διαιρέσεις συνιδεῖν τὰς εἰς τὰ κεφάλαια τῶν ζητημάτων καὶ ὅσα ὅλως διαιρεῖσθαι δύναται.

